Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Incipit scriptū sup[er] ... sentētia[rum] editum a fratre Joanne duns ordinis fratrum mino[rum] doctore subilissimo [et] o[mn]im theologo[rum] principe

Johannes <Duns Scotus>

Venetijs, [1481]

Incipit scriptum super tertio. sententiarum editum a fratre Ioanne duns

urn:nbn:de:bsz:31-313921

Visual Library

¶ Incipit ſcriptū ſup 3°. ſentētiaꝝ edi
tū a fratre Joanne duns ordinis fratꝝ
minoꝝ doctore ſubtiliſſimo ⁊ oim the
ologoꝝ principe.

CUm uē
nit igiť
plenitudo tēpo
ris ⁊c̄. Poſtq̄
mgr̄ in p̄mo lib°
determiauit de
deo q̄tū ad rōem ſue naturał pfectiōis
⁊ in 2° li° determiauit de ipo inq̄tū ei᷒
pfectio relucet in opib᷒ creatōis. In hoc
3° detrrmiat de deo inq̄tū ei᷒ pfectio re
lucet in opib᷒ reſtauratōis. ¶ Et circa p̄.
di. huius tertij querūť q̄nqꜫ. Prio vtꝝ
poſſibile fuit nām hūanā vniri vbo in
vnitate ſuppoſiti. ¶ 2° vtrū tres pſone
poſſint aſſumē eandē nām nūero. ¶ 3°
vtrū vna pſona poſſit aſſumeř ples na
turas. ¶ 4° vtꝝ ſuppoſitū creatū poſſit
ſuſtētificare ẏpoſtatice aliā nām creatā
5° vtrū formalis rō terminādi iſtā vni
tatē ſit proprietas relatiua.

CIrca primum
arguiť q̄ nō. q2 actus purus
⁊ infinitus nō eſt alicui ꝯpo
ſibilis. ut pbatū eſt di 8 p̄. li. verbū eſt
talis act᷒ ğ ⁊c̄. ¶ Preterea inter vnibilia
eſt aliq̄ pportio. finiti ad infinitū nulla
eſt pportio. vbū eſt infinitū nā hūana ē
finita. ğ non ſunt vnibilia ¶ Preterea.
ꝯtraria nō pn̄t ſimul eſſe ppter eoꝝ re
pugnantiā. nā creata ⁊ increata plus re
pugnāt ſibi inicē q̄ ꝯtraria. q2 ꝯtraria
ſunt i eodē genere. nō ſic creata ⁊ incre
ata nā p3. ğ ⁊c̄. p̄ma pbať p phm. 4. me
tha. vbi arguit q̄ ſi ꝯtraria eſſent ſimł
in eodē. ⁊ ꝯtradictoria eſſent ſimł vera

Preterea incarnare eſt agē. ğ incarnari
eſt pati. verbū diuinū nō patiť ğ nō in
carnať. pbatio ꝯn̄tie. q2 oi actōi corrn̄
det aliqua propria paſſio. ⁊ ſi negetur
hoc ppter inſtantiam de amare ⁊ ama
ri. ğ eodē mō de vnire ⁊ vniri nō valet
inſtantia. q2 illa eſt actio imanēs cui n̄
corrn̄det paſſio aliq̄ in obiecto. ſ3 incar
nare eſt actō trāſiēs in obiectū extra. igť
ſibi corrn̄debit paſſio aliq̄. ¶ Preterea
p aliq̄s ratiōes ſpēales arť. ⁊ p̄mo ex pte
nāe aſſūpte. q2 eadē nā hūana eſt hec p
ſe exn̄s. ⁊ pſona pſonalitate creata. ſed
nā nō pōt aſſumi niſi ſit h̄ p ſe exn̄s. igť
non pōt aſſumi niſi pſonā pſonalitate
ppria. ſed ſi ſit ſic pſonata. non pōt aſ
ſumi a pſona increata. igiť eſt inaſſum
ptibilis. igiť ⁊c̄ pbatio p̄me propōis. q2
per ſe exiſtens in natura intellectuali ē
perſona. pbatio ſcđe ppōnis. quia nō
poteſt aſſumi niſi actu exiſtēs. ⁊ hoc exi
ſtētia ſibi ppria. ſ3 exn̄tia ppa nāe que
eſt ſbā. eſt p ſe exn̄tia. ¶ pbať ēt eadē p
pō. q2 ſicut nā creata ſe h3 ad ſingłarita
tē: ita nā intellectualiſ ſaltē ſinglis vř ſe
hr̄e ad pſonalitatē. ſ3 nā creata ita ē ſin
głaris q̄ non pōt manē eadē ſine ſua ſin
gularitate. igť nec nā intellectuał ſinglis
pōt manē eadē ſine ſua pſonalitate. ¶ 2°
arguiť ex pte aſſumētis. q̄a q̄ ſola rōne
differūt vnū nō pōt eſſe rō vnionis reał
⁊ nō alteꝝ. pſona ⁊ eēntia ſola rōe diffe
rūt. alś videret eē cōpō in dinis. igř ⁊c̄.
maior pbať. q2 cū vnio reał ſit ad aliq̄
rē ſm q̄ h3 eſſe reale nihil termiat iſtā3
vnionē preciſe ſm q̄ habet eſſe ratōnis
preciſe cauſatū per actū intellectus. igiť
ſi vnio eſt realis ⁊ illa realiter ſunt tātū
vnū totū quod eſt ibi terminat iſtam
vnitatem realem. ¶ Preterea omis de
pendētia eſt ad indepēdens ⁊ ad abſolu
tū ut vř. pſona diuina inq̄tum talis nō
eſt abſoluta. igiť natura nō depēdet ad
pſonā inq̄tu3 perſona. ſed non vnitur
perſone niſi dependeat a perſona inq̄
tum perſona. igitur non vnitur pſone.

Tertio arguit ex pte vnionis. qꝛ oīs ꝺ
pendentia alicuius ad alteꝝ vel eſt cāti
ad cām. vel cāti poſterioꝛis ad cātū pꝰ
hoc vꝫ manifeſtū in oībus dependētijs
nā humana nō dependet ad verbuꝫ ut
cātum poſterius ad cātū prius. qꝛ ī pn
cipio erat verbū p qȯ creata ſunt oīa
nec dependet ad ipm preciſe ut cātum
ad cām. qꝛ ſi depēdet ad ipm ut ad cāꝫ
terminꝰ iſtius dependentie eſt cōis tribꝰ
pſonis igr̄. ꝛc̄. Oppoſitū Jo. i. vbum
caro factū eſt. vbi caro pro homine ſu
mitur ſm Augꝰ.

Supponendo. partem affirmatiuam tanq̄ articulū fidei pncipalem
inter illa q̄ reſpiciūt tēpalia: ad intelli
gēdū iſtā poſſibilitatē tria ſunt vidēda
pmo qd debeat intelligi p vnioneꝫ pſo
nalē. ¶ 2º qualit ipſa ſit poſſibilis ex pte
pſone q̄ aſſumit. ita q ex pte eiꝰ nō in
ueniat repugnātia. ¶ 3º qualiter ſit poſ
ſibilis ex pte nāe que aſſumit. ita q ex
pte eius nō inueniat repugnātia. De p
mo dico q iſta vnio nō dicit p ſe aliqd
abſolutū. qꝛ quocūqꝫ abſoluto intelle
cto in altero extremo. nō intelligit pfe
cta rō vnionis. qꝛ vnio n̄ intelligit ad ſe
ſiue igr̄ cōmittet abſolutū in vno extre
mo ſiue in duobꝰ cū nō ſit nihil. ſalteꝫ
dicit relatōem nō aūt cōem que ſit eiuſ
dē rōis in vtroqꝫ extrēo. q̄lis eſt ſilitu
do. qꝛ nō eſt habitudo eiuſdē rōnis in
nā aſſumpta ꝛ pſona aſſumēte. pſona
aūt aſſumēs nullā habet relatōeꝫ rea
lē ad nām creatā. ex di. 30. p. li. eꝫº aūt
niſi natura aſſumpta aliquaꝫ haberet
relatōnē ad aſſumētē. nihil intelligeret
p ſe p iſtā vnionē. nec illa relatio in na
tura aſſūpta eſt tm̄ res rōis qꝛ tunc ip
ſa vnio nō eēt realꝭ. ¶ Eſt igit iſta vnio
relatio diſquiperantie realis in vno ex
tremo: cui in altero nulla relatio coꝛrn̄
det. vel ſalteꝫ nulla realis. ꝛ ita relatio
iſta eſt oꝛdinis in vno extremo relato
nō eſt aūt oꝛdinis cāti ad cāꝫ. qꝛ illa eſt
cōis ad totā trinitatē. neqꝫ cāti poſteri
oꝛis ad cātuꝫ pus. qꝛ verbū nō eſt aliqd
cātuꝫ. Eſt igit relatio oꝛdinis ſiue depē
dentie alterius rōis ab omni depēdētia
ꝛ oꝛdie cauſati ad cāꝫ. ꝛ cāti poſterioris
ad cauſatū pus. ¶ Et licet difficile ſit vi
dere aliquā dependētiā eſſe talē. tn̄ iſta
pōt patere aliq̄lit in ſubiecto ꝛ accn̄te.
Accn̄s. n. ad ſubſtātiā ſiue ad ſubiectū
ſuū duplicē hꝫ habitudinē. ſ. informan
tis ad informatū. ꝛ iſta neceſſario inclu
dit ipfectōneꝫ in ſubiecto informato eo
ſ. q potētialitateꝫ hꝫ reſpectu actus ſm
qd. ſ. accn̄talis. aliam hꝫ ut poſterioꝛis
nāliter ad pus a quo depēdet. nō ut ab
aliqua cā. qꝛ ſi hꝫ ſubiectuꝫ p aliq̄ cā
hꝫ ipm pro cā māli. ꝛ hoc eſt inq̄tū in
format ipſum. ſi igit iſte due hitudines
accn̄tis ad ſubiectū abinuicē diſtinguā
tur: alia neceſſario eſt ad ſubiectū ſub
rōe ipfectōis in ipſo ſubiecto. ſ. potētia
litatis. altera nullā iperfectōem neceſſa
rio ponit in eo. ſꝫ tm̄ poꝛitatē nālem ꝛ
ſuſtentatiōem reſpectu accn̄tis. huic ſi
milia eſt iſta habitudo que eſt depēdē
tia nāe hūane ad pſonā diuinā q̄ eſt ex
tra oēm dependētiā cāti ad cām. h etiā
non habet p termio pmo naturaꝫ: ſed
perſonā inq̄tnꝫ pſona. ita q ſicut enti
tas nāe eſt alteriꝰ rōnis ab entitate pro
pria pſone ut pſona. ita dependētia ad
tale ens ꝛ tale ē aliꝰ ꝛ alteriꝰ rōnis.

De ſecundo Dico q ſi repugnaret p
ſone diuine ſic aſſumere aut terminare
dependētiā nāe hūane aut h eēt inq̄tū
ē pſona diuina: aut inq̄tū eſt h pſona
nō pmoº. qꝛ iſta depēdētia nō infert ali
qd repugnās pſone diuine qꝛ nec ꝯpō
nē. nec pōlitatē. nec limitatōneꝫ. No. n.
oꝫ niſi q terminās iſtā depēdētiā ſit in
ſe aliqd indepēdēs hn̄s entitatē talē q̄l
reqrit ad terminādū iſtā ꝺpēdētiā nec
ſequit aliq̄ ꝯpō nec pōlitas. pꝫ nec ꝺpē
dētia in pſona diuina. qꝛ nō oꝫ cā realr
referri. ſꝫ tm̄ termiare depēdētiaꝫ nāe

hūane aſſūpte relate ad eā. Nec 2° eſt aliq̄ repugnātia ex pte diuie pſone inq̄ tū h. puta q̄ hec pſona vna ſumit ⁊ nō alia. q: lȝ reſpectus ꝯñs nām vel termia re talē reſpectū ſit cōe tribus ⁊ iō ois cā litas reſpectu creature ꝯueniat trib⁹ nō tñ oȝ q̄ iſte reſpect⁹ q̄ nō ꝯſeq̄t entitatē q̄dditatiuā. ſed pſonalē ſit cōis trib⁹. nā ois entitas pſonal̄ idepēdēs pōt ſufficiē ter termiare iſtā depēdentiā. talis eſt en titas ꝓpa cuiuſcūq̄ pſone. ēt ut diſtigui tur ab alia. igr̄ ⁊c̄. Sȝ iſtō ꝓbaf aliter q: pſona diuia ꝯtinet ⁊ includit in ſe v̄ tualiter pfectōeȝ cuiuſlibȝ pſone create ḡ reſpcū nāe create ſupplē pōt vicē pſōe create ad terminādū iſtā depēdētiā nāe create. Iſtud argumētū duplr̄ deficit pmo ſm eos q̄ ſic arguūt. q: ponūt rea litatē pſonalē non eſſe pfectōem ſimplr̄ illud aūt qō eſt rō ꝯtinēdi mltas pfectō nes v̄tualit̄ ⁊ q̄ptū eſt de ſe infinitas oȝ q̄ ſit pfectio ſimplr̄. pſona āt diuina ſi ꝯti neret realitatē vni⁹ pſone create p ideȝ ⁊ infinitas. ⁊ ita entitas pſonalis ei⁹ eēt pfectio ſimplr̄. qō ipſi negant. Preterea ita pfecta ꝯtinētia eſt i eēntia diuina re ſpectu nafe create ſic in pſona diuia re ſpectu pſone create. imo q̄ ad aliq̄d ma gis. q: eēntia eſt abſolute infinita nō ſic entitas pſonalis. ſed iſta eēntia ex pfecti one ſua nō pōt eſſe formalit̄ eēntia alic⁹ pſone create ut ſuppleat formalit̄ viceȝ nāe create quā tñ ꝯtinet v̄tualit̄. igit̄ nec multomagis pſona illa pōt ſupplē vicē illā reſpectu pſonalitatis create. Iō nō arguēdo ex pfectōe ētitatis pſonalis. q. ipſa ꝯtineat v̄tualit̄ aliquā pſonalitatē creatā: ſed ex hoc q̄ illa entitas pſonal̄ eſt independēs. ⁊ independēs inq̄tū tale pōt terminare depēdentiā alteri⁹ ad ipȝ qō natū eſt hr̄e terminū talē. Iſta āt de pendētia nata eſt hr̄e pſonā ꝓ termio ⁊ non nām. igit̄ pſona diuina indepēdēs poteſt ſufficiēter terminare talē depēdē tiam nature create ad ipſam.

Tertius articulus

eſt difficilior q: ibi oporteret oñdere di ſtinctōem ſinglaritatl̄ nāe create a pſōa litate creata. ꝓbaf tñ ꝓpoſitū triplr̄. p° q: ſingularitas p̄cedit nāliter pſonalita tē. deus igr̄ pōt influere ad ſinglaritatē ſicut ad p̄us nāliter nō influēdo ad pſo nalitatē. ⁊ ita pōt p̄uenire in illo inſtāti in quo nā ſinglaris dȝ pſonari in ſe: ne ipa pſonet in ſe ſed in alio. 2° q: illud qō eſt vni⁹ generis pōt hr̄e modū alteri⁹ ge neris. ut pȝ de accñte p ſe exñte i eucha riſtia. igr̄ ſicut accñs pōt hr̄e modū ſub ſtātie ut ibi apparȝ: ita ſubſtātia pōt ha bere modū accñtis eꝫ°. ſ. dependē. ſȝ h° poſito ex pte nāe hūane que eſt ſb̄a: ſal uaf dependentia ⁊ vnio illa q̄ dicta eſt. 3° arguit̄ q: q̄to aliq̄ ſunt magis diuer ſa: tāto mag̃ ſunt adinuicē vnibilia. h° ꝓbaf inductiē. q: indiuidua eiuſdē ſpēi ſunt minime vnibilia. res diuerſoꝝ ge neꝝ ſunt mag̃ vnibiles: q̄ aliq̄ eiuſdeȝ generis. ut pȝ ō ſubiecto ⁊ accñte. igitur cū maxie diuerſa ſint creatū ⁊ increatū q: nō vni⁹ generis ſequit̄ q̄ ipa erūt ma xie vnibilia. q: vnuȝ potētiale reſpectu alterius. Iſte rōnes nō oñdunt ꝓpoſi tū. p° nō. q: ſi ipa valeret ꝓbaret q̄ de⁹ poſſet facere nām ſimul manē ⁊ nō ſin gularē. vel ſi ſingularē p° hac ſingulari tate poſſet eā etiā manētē poſtea facere ſingulareȝ alia ſingularitate. p̄cedit. n. ſingularit̄ natura ut nā ſeipaȝ ut ſingu larē. q̄ ſi neget nām poſſe fieri nō ſingu larē hac determiata ſinglaritate ⁊ ipaȝ poſſe manē niſi ſub eadem ſinglaritate mltomagis ſequit̄ h° de nā ſingulari et ei⁹ pſonalitate q: hec ē vltia actualitas ei⁹. 2ª rō vr̄ peccare q: mod⁹ ille q̄ vē ē ꝓp̄us vni⁹ generis: nō ꝯuenit alicui alte ri⁹ generis. ſicut. n. eſt iſti ꝓp̄us. ita ē cui cūq̄ aliȝ incōpoſſibil̄. nec qō adducit̄ ō accñte ſepato ꝯcludit ꝓpoſitū. q: nō hȝ illū modū qui eſt ꝓp̄us ſb̄e. modus. n. ſb̄e eſt p ſe eſſe nālit̄. h° eſt in cēndo non

ĩncliari nãli aptitudĩne ad aliud. nõ ſic
autẽ accñs ſepatũ. Et ſi adducat̃ illud
v°. metha. ꝙ dr̃a ſbalis hꝫ modũ quali
tatis. Rñ°. ꝙ non intelligit ibi phus de
mõ ꝓpo qualitatis ut generis: ſed intẽ
dit ibi ponere multiplicitatẽ hui⁹ voca
buli qualis. ⁊ vnus modus eius eſt ſm
ꝙ dr̃ia ſbalis dr̃ qualitas. Iſte modus
hui⁹ nois quale non cõuenit alicui ſpẽi
q̃litat̃ ut eſt genus. nec iſte modus ẽ mo
dus ꝓprius generis q̃litatis: ſed tñ eſt
modus iſtius qȯ dr̃ quale in cõi. igit̃ in
ꝓpoſito opoꝛtet oñdere diſtinctiõeꝫ nãe
create a pſonalitate creata p aliud q̃ p
illud. 3ª rõ non vr̃ ↄcludere qꝛ rõ vni
onis non reqrit diſtantiã vnibiliũ niſi
ꝓpter põlitatẽ in vno extremo: ⁊ actua
litatẽ in altero extremo: ſicut pꝫ de ſub
iecto ⁊ accidẽte que ſe habẽt ad inuiceꝫ
ſicut potẽtia ⁊ actus. Iſta rõ non cõclu
dit de iſtis maxie diſtãtibus. ſ. verbo et
nã creata qꝛ neqꝫ verbũ eſt foꝛmalit̃ ac
tus nãe create neqꝫ nã creata eſt foꝛma
liter potẽtia reſpectu v̄bi neqꝫ ecõuerſo
qꝛ tũc ex eis nãliter natũ eſſet fieri vnũ.

Ideo propter iſtũ tertiũ articulum
oꝫ videre quõ ſe hẽat illud a quo nã in
tellectualis dr̃ pſona ad illud a quo nã
talis eſt ſingularis ⁊ indiuidua. ⁊ pꝫ ꝙ
non eodẽ formaliter ⁊ vltiate eſt indiui
dua ⁊ pſonata hac pſonalitate creata:
qꝛ ſm Damaſ. li°. 3°. c. xi. verbuꝫ aſſũ
pſit nãꝫ in athamo nõ tñ perſonatam.
Quid aũt ſit illud ꝓpꝛium q̃ natura eſt
pſonata due vident̃ vie ꝓbabiles. vna
ꝙ pſona ſit pſona p aliquid poſitiuũ i
nã vltra illud q̃ nã eſt indiuidua ⁊ hoc
ſiue illud poſitiuũ ſit abſolutuꝫ ſiue re
ſpectus. Alia via ꝙ p negatõem addi
tã nature ſit pſona. Pꝛimũ poſſet poni
aliquo mõ ꝓpoꝛtõaliter ei qȯ dictũ eſt
in 2° li°. de indiuiduatõe. di. 3. ꝙ ſicut eſt
aliq̃ realitas ꝓpꝛia qua nã eſt hec vltra
illã q̃ nã eſt natura: ⁊ hec nõ eſt foꝛma
lit̃ illa: ita vltra vtrãqꝫ iſtaꝝ eſſet reali
tas aliqua qua eſſet pſona ⁊ illa neutri
iſtaꝝ eſſet foꝛmalit̃ eadẽ. 2ª via negat
omnẽ realitatẽ poſitiuã ↄſtituẽ pſonaꝫ
⁊ ponit illã realitatẽ qua nã eſt hec: eſſe
vltimã entitatẽ poſitiuã ⁊ vltra hãc nõ
eſſe niſi negatõem aliquã q̃ dicat̃ ſubſi
ſtẽs in nã intellectuali ⁊ pſona. Cõtra
pꝛimã viã arguo q̃drupl̃r. pͥmo qꝛ tunc
eſſet aliqua entitas poſitiua in nã hũa
na que eſſet inaſſũptibilis a v̄bo. ꝓba
ↄñe. Iſti. n. vltie entitati quã addit pſo
na vltra ſingular̃ repugnaret ↄ̃dictoꝛie
cõicari ſicut nã cõicat̃ ſuppoſito pꝫ qꝛ p
ſona eſt incõicabilis exñtia ⁊ ita repug
naret ſibi ↄ̃dictoꝛie aſſumi: ↄñs vr̃ incõ
ueniens. tũ qꝛ ſm Damaſ. li°. qȯ eſt in
aſſũptibile eſt incurabile. tũ qꝛ ois enti
tas poſitiua creature eque eſt in poten
obediẽtiali reſpectu pſone diuine. 2° qꝛ
ſequit̃ ꝙ nã que iaꝫ aſſũpta eſt a v̄bo ca
reret illa entitate poſitiua que tñ ponit̃
vltima ⁊ quaſi actualiſſima ⁊ determi
natiſſima in nã tali. Et ſi ñ videat̃ incõ
ueniẽs ↄcedere nãꝫ iſtã carere ea: arguo
ꝙ iſta nã nõ poſſet dimitti ſibi q̃n opoꝛ
teret dari ſibi aliaꝫ realitatẽ ab ea quã
non hꝫ. ſ. pſonalitatẽ: vel remanẽt non
pſona qꝛ tunc nõ eſſet pſona ſine illa re
alitate ⁊ illã nunc nõ habet ergo oꝫ iſtã
ȯ nouo illi nature dimiſſe dari. Immo
ſeq̃t̃ 3° ꝙ iſta nã ñ poſſet dimitti vl̃ eẽ p
ſonã qꝛ tal̃ realitas ñ pt̃ eẽ realitas nãe
ſicõñſũ ẽ in. q. nec põt ↄtieri p idẽtitatẽ
in aliq̃ natura que nõ eſt eadẽ ſibi. q̃cq̃d
eni non ↄtinet aliquã realitatẽ p idẽtita
tẽ manens idẽ non põt eã ↄtinere p idẽ
titatẽ. 4° ſequeret̃ ꝙ nã intellectualis
poſſet fieri actu exñs ⁊ in nulla pſona.
ꝓus. n. nãliter poſſet fieri ⁊ nõ ſub iſta
realitate: qꝛ exquo iſta realitas non po
nit̃ realiter nec formaliter eadeꝫ nature
⁊ nã ut natura eſt nãliter ꝑoꝛ ſeipã ut ẽ
ſub iſta realitate poſſet fieri nõ ſub iſta
realitate ⁊ in 2° inſtanti nature q̃ aſſũit̃
a v̄bo non eſſet neceſſe v̄bũ tũc eã aſſu
mere: poſſet g̃ tunc illã nõ aſſumẽ ⁊ ita

relinqueret ſibi ⁊ tūc non eſſet pſonata aliq̄ perſonalitate creata nec increata. Cōtra 2^am viā vident̄ eſſe multa: p̄mo q2 iſta negatio nō poſſet poni niſi inde pēdentia ad pſonā extrinſecā. ſed ſi iſta ſufficeret ad pſonalitatē ꝓpam tūc aīa ſepata eſſet pſona qḋ eſt falſū ſm̄ Ric. x°. de tri. c. 23°. ❙ 2° q2 eadē argumēta vident̄ eſſe ꝯ̄ iſtud que ſūt ꝯ̄ illḋ ꝙ ingenitū ſit ꝓpetas ꝯſtitutiā pr̄is p̄° li°. di. 28. nulla. n. negatō poteſt eſſe de ſe incōica bilis ſed tm̄ p affirmatiōem: ⁊ ita cū de rōe pſone ſit incōicabilitas nulla pſōa pōt eſſe formalr̄ pſona p negatōez. Similr̄ ut argutū eſt ibi nulla negatō pōt ineſſe alicui ſubiecto p̄° ſ3 tm̄ p affirmatōez q2 negatō abſoluta ⁊ libera eſt cōis enti ⁊ nō enti ergo negatio iſta q̄ pſona eſt pſona nō eſt ꝓp̄a iſti pſōe niſi ponat̄ aliq̄ affirmatō ꝓp̄a iſti pſone. ⁊ ita p̄us eſt pſona p affirmatōem ꝙ̄ p negatōem 4° q2 ſicut argutū eſt in. q. de indiuidu atōe diuidi eſt ipfectōis q̊ neceſſe ē illud q̊ repugnat alicui diuidi eē entitatē poſitiuā ⁊ ex hoc ꝯcluſa ē entitas poſitia q̄ nā eſt indiuidua ⁊ indiuiſa. Aſiſi arguo in ꝓpoſito: dependē ad pſonā extrinſecā eſt ipfectōis. igr̄ nō dependē ſiue repugnare talr̄ dependē non pōt eſſe niſi p aliquā entitatē poſitiuam.

Non aſſerendo poteſt mediari inter iſtas vias nec ꝯcedēdo cu3 p̄ma via aliquā entitatē poſitiuā eſſe in nā intellectuali creata cui repugnet ꝯ̄dictorie cōicari cōicatiōe aliq̄ repugnāte pſone: q2 nulla vr̄ entitas poſitia in nā creata q̄ nō ſit poſſibil̄ depēdē ad v̄bū ⁊ ita cōicabilis eo mō quo dr̄ nā cōicari ſuppoſito ut q̄ ſuppoſitū dr̄ ens i nā. puta humanitate dr̄ hō ⁊ hac hūanitate ē hō. Nec cū 2^a ꝯcedēdū eſt ꝙ ſola negatio ḋpēdētie ad pſonā extriſecā eſt ꝯpletiuū formale i rōe pſone create q2 ſicut argutū eſt tūc aīa ſepata eſſet pſona. S3 diſtinguēdū eſt inr̄ depēdētiā actualē pōlē ⁊ aptitudinalē ⁊ h° vocādo aptitudinalē q̄ ſp ꝙ̄tum eſt de ſe eſſet in actu q̊ mō graue aptū natū eſt eſſe in cētro vbi ſp eſſet ꝙ̄tum eſt de ſe niſi eſſet impeditu3 ⁊ pōlem voco abſolute illā vbi nulla ē ipoſſibilitas ex repugnātia vel incōpoſſibilitate terminoꝝ ⁊ iſta poſſibilitas poteſt eſſe q̄nq3 reſpectu potētie actie ſupnālis ⁊ nō tm̄ nālis. l3 igr̄ ſola negatio depēdentie actualis non ſufficiat ad rationē pſone neq3 indepēdētia 2^a poſſet poni in natura creata ad v̄bū. nulla. n. eſt nā̄ vel entitas creata cui repugnet ꝯ̄dictorie depēdere ad verbū tn̄ negatio dependētie aptitudinalis pōt cōcedi in nā creata pſonata i ſe ad verbū: alioq̄n violenter quieſcēt in pſona creata ſic lapis violēter q̄eſcit ſurſū ⁊ ita iſta nega° nō dependētia non quidē actual̄ ſed aptitudinal̄ talis cōplet rōem pſone in nā intellectuali ⁊ ſuppoſiti i alia nā creata nec tn̄ hec indepēdētia aptitudialis ponit repugnātiā ad depēdētiā actualē q2 l3 nō ſit aptitudo tal̄ nāe ad depēdēdū eſt tn̄ aptitudo obediētie q2 nā illa eſt i pfecta obia ad dependēdū p actōe3 agētis ſupnālis. ⁊ qn̄ dat̄ ſibi talis depēdētia pſonat̄ pſonalitate illa ad quā depēdet qn̄ aūt nō dat̄ pſonat̄ in ſe iſta negatōe formalr̄ ⁊ nō aliq̄ poſitio addito vltra illā entitatē poſitiuā q̄ eſt hec nā.

Per hoc ad argumēta ꝯ̄ illā viā de negatiōe pat3 ad primū. Ad aliud qn̄ arguit̄ ꝙ negatio de ſe nō eſt incōicabil̄. Rn̄°. ſic dictū fuit. di. 2. p̄° li. ⁊. 23. incōicabile qḋ ptiet ad rōe3 pſone excludit duplicē cōicabilitatē. v3 cōicabil̄ ut qḋ: ⁊ ut q̊. nā̄ creata eſt incōicabil̄ p̄mo° q2 ſinglare. Singulare. n. non eſt cōicabile ut quod niſi ſit illimitatū ut eſſentia diuina. ſed natura creata non eſt incōicabil̄ ut quo niſi intelligēdo per incōicabile negationē cōicationis ſimpliciter. ſ. negatione3 cōicatōis actual̄ ⁊ aptitudinal̄. n̄ āt itelligēdo repugnātiā formalē vtriq3 cōicatōis

Contra tũc non vr̃ pſona eſſe vniuoce
in diuinis ⁊ in creaturis q: ibi eſt aliq̇d
formaliter incõicabile: ut cui repugnat
vtroq₃ mõ cõicari. hic nõ. immo non
vr̃ eſſe pſona q: nõ h₃ diffinitõe₃ pſone
Rñ° iſte ꝯceptus incõicabil' q̇ negat cõi-
catiõe₃ actualẽ ⁊ aptitudinalẽ: vniuoc'
eſt deo ⁊ creature. pſone diuine ⁊ create
negatio. n. eſt vniuoca multis: qñ idẽ af
firmatũ a plibus negat. ſ₃ negatõ cõica
bilitatis que includit repugnãtiã ad cõi
cari: nõ eſt vniuoca. q: nõ ꝯuenit cread
⁊ hoc mõ ꝯcedo nõ eſſe pſonã in cread
vñ ſi incõicabile ꝑut ptinet ad rõem p-
ſone pfecte dicit nõ tm̃ negatõe₃ cõicati
onis vtroq₃ mõ ſ₃ ẽt repugnãtiã ad cõi
cari nulla erit pfecte pſona niſi diuina.
Jlla. n. includit aliq̇d abſolute q̇ ꝯdicto
rie repugnat ſibi cõicari quocũq₃ mõ ⁊
vt qȯ. ⁊ ut quo. pſona. n. diuina nõ tm̃
h₃ negatõem cõicatõis actual' ⁊ aptitu-
dinalis: ſed ẽt h₃ repugnãtiã ad cõicatõ
nẽ. ⁊ ut qȯ ⁊ ut quo. ⁊ repugnãtia talis
nũq̇ põt eẽ niſi p entitatẽ poſitiuã. ⁊ iõ
ſequit pſonã iſta nũq̇ eſſe ſine tali enti-
tate. ſed pſona creata nõ eſt ſic incõica-
bil'. ⁊ iõ nõ o₃ ſibi tribuere talẽ entitatẽ
pſonalẽ. Et ex h° p₃ qualit' iſta rõ ꝑus i
cludit ꝑpoſitũ de ingenito. nõ aũt hic.
Jſtud dictũ facilit' videri põt. ſi videa-
mus drĩa₃ inter negatõe₃ nudã actus ⁊
negatõem aptitudinis: ⁊ negatiõe₃ que
req̇rit repugnantiã. Prima eſt in gra-
ui exñte ſurſũ reſpectu vbi in cẽtro. 2ª ẽ
in ſupficie nigra reſpectu albedis ſi ẽ in
potẽtia neutra ad ipa₃. 3ª eſt in hoie re
ſpectu irrõnalis. ⁊ l₃ negatio ſit vni' rõ
nis in ſe tñ diſtinguit ꝯpando ad illud
cui ieſt reſpectu tertij. ita hic negatõ po
tẽtie dependẽdi nulli creato ꝯuenit. ne-
gatõ aptitudinis ineſt cuilibet nature p
ſonabili in ſe ẽt qñ actu depẽd₃. q: actũ
ſupnaturalẽ nõ ꝯcomitat aptitudo in
nã: cũ ſit tm̃ in poten tia obediẽtiali ad
ipm. negatio actus ineſt aie ſepate. nec
2ª negatio ſola. nec 3ª negatio ſola ſuffi
cit ad pſonari in ſe ſed ambo ſil' cũ pma
non põt hrĩ. Ad 3m dico q̇ negatõ po
teſt dici ꝑpa q: non eſt cõicalilis mltis
vt qȯ. ⁊ iſta negatio in creaturis eſt pro
pa p iſtã entitatẽ poſitiuã q̇ nã eſt hec.
cui repugnat cõicari mltis ut qȯ. vl' põt
intelligi ꝑpa. i. nõ cõicabilis alij ut q̇. ⁊
ſic nõ eſt in creaturis. Ad 4m ꝯcedo q̇
ſi depẽdere repugnaret alicui creature:
repugnaret ei neceſſario p aliq̇ȯ poſitm̃
ſed nulli põt repugnare q: ois entitas
creata non ſolũ depẽdet ad increatũ ut
ad cãm: ſed etiam poteſt dependere hac
ſpeciali dependentia.

Sed contra iſtũ articulum 3m eſt aliq̃ du-
bitatio an ſit aliq̃ ẽtitas abſoluta noua
que ſit ꝑpriũ fundamẽtũ hui' relatõis
noue. ſ. depẽdẽtie ⁊ vnionis ad vbũ. ita
q̇ ipa poſita nõ poſſ₃ eã nõ ꝯſeq̇ relatõ
ei' ad verbũ. vr̃ q̇ ſic. q: al's mutatõ eẽt
pmo ad relatõem ⁊ a relatõe. q: ſi vbũ
dimittẽt illã nã₃ abſolutã aſſũptã. rela-
tio vnionis nõ eẽt. ⁊ p te nullũ abſolu-
tũ nouũ eẽt. g̊ muta° pmo eſſet a relatõ
ne. ſilit' ſi aſſumeret nãm mõ pſonatã
in petro: ſi nõ oportẽt aliq̇ȯ nouũ abſo
lutũ aduẽire ad h° ut pſonaret a vbo: p
mus termin' hui' mutatõis eẽt relatio
noua. ſed ꝯñs iſtud eẽt ꝯ phm 5°. phy.
q: in ad aliq̇d nõ eſt motus nec mutatõ
Contra ẽt rõem. q: relatio nõ vr̃ eẽ no-
ua niſi aliq̇ȯ abſolutũ ſit nouũ in alio
extremo. ſi. n. aliq̇d oio eodẽ mõ ſe h₃ i
ſe. g̊ ad q̇ȯlibet alteꝝ: nihil eſt nouũ in
vbo in ſe nec in nã aſſũpta niſi ſit aliq̇ȯ
abſolutũ nouũ. ergo tale abſolutu₃ no
uũ oportet ponere.

Sed oppoſitũ vr̃ pbabi-
lius. quia
illud abſolutũ eẽt neceſſario vnitũ vbo
ita q̇ ſicut incõpoſſibile eſt illã vnionẽ
eſſe ⁊ nõ eſſe ad vbũ ut ad terminũ: ita
incõpoſſibile eſſ₃ illud abſolutũ qȯ eſt
neceſſariũ fũdamẽtũ vnionis eẽ nõ vni
tũ vbo. nulla vr̃ talis entitas abſoluta

in creatura. Preterea. tal' entitas abſo
luta q̄ eēt ꝓpriū fundamētū vniōis ad
verbū: aut eſſet accn̄talis aut ſb̄alis. nō
accn̄talis. qꝛ nā ſb̄alis vr̄ pſonabilis i ſe
loquēdo de natura intellectuali inq̄tū
ſcꝫ eſt ꝓoꝛ oi accn̄te. igr̄ ſic qn̄ pſonat in
alio vr̄ pſonari ut prioꝛ oi accn̄te. ⁊ ita
nullū accn̄s eſt ꝓp̄a rō pſonatōis illius
⁊ p ꝯn̄s nec iſtius vniōis. Si ſb̄alis nō
pōt dici ꝙ illa ſit aliq̄ res alia ab illa q̄
pōt eſſe in pſona creata. qꝛ tūc aut mā
aut foꝛma aut ſb̄a ꝯpoſita eſſet in chri
ſto ſm̄ hūanitatē q̄lis nulla eiuſdē rōis
eſſet in alio hoīe. eſſet igr̄ entitas ſb̄al'
eadē tn̄ māe vel foꝛme vel ſb̄e ꝯpoſite.
Sed q̄cquid ē idē alicui ſb̄e manet ma
nēte illa ſb̄a: igr̄ nā aſſūpta nō poſſꝫ di
mitti a v̄bo niſi mañte i^a ētitate abſo^a.

Ad illud in oppoſitū de pħo 5° phi. pōt dici ꝙ re
latio pōt tripl'r ſe hr̄e ad fundamētum
vno° ꝙ fundamētū nō pōt poni ſine re
latōe illa abſq̄ ꝯ̄dictōe. qꝛ fundamētuꝫ
non pōt ſine ꝯ̄dictōe eſſe ſine termio il
li° relatōis. nec ēt ſine relatōe ad termi^m
qꝛ iſta nā neceſſario req̄rit talē termi^m
ad ſui eſſe. tales ſūt relatōes creature in
q̄tū creata ad deū inq̄tū creatoꝛ. hi° re
latio eſt idē realiſ fundamēto. ſicut patꝫ
ex. di. i. 2. li. Alio° fundamētū pōt eſſe ſi
ne relatōne: qꝛ poteſt eſſe ſine termio. tn̄
fundamēto ⁊ termio poſitis neceſſario
ꝯſequit iſta relatio: ita ꝙ iſta duo ſil' po
ſita ſint neceſſaria cā relatōis: ſiue in v
troq̄ꝫ extremo ſiue in alt'o. Ex^m de ſili
tudine in albo ⁊ albo. 3° mō relatō pōt
non neceſſario ꝯſeq̄ fundamētū: qꝛ nō
neceſſario coexigit terminū: nec hitudi
nē illā ad terminū. neq̄ꝫ ēt fundam̄to ⁊
termio poſitis neceſſario ꝯſequit relatō
ambo extrema vel vnū. ſed ꝯtingent dr̄
aduenire extremo ēt poſtq̄ q̄olibet ab
ſolutū in ipo ⁊ in terio fuerit poſitū in
eſſe. hoc mō ſe hn̄t mlt'e relatiōes: puta
cōiter vniōes abſoluti ad abſolutū. Si
eni foꝛma p ſe eſſet ⁊ mā p ſe eēt ut coꝛ
pus oꝛganicū ⁊ aīa. vel ſi ſubiectuꝫ p ſe
eſſet ⁊ accn̄s p ſe: ut panis ⁊ q̄titas ſi d
nouo vniant: nullū abſolutū nouū ē in
altero extremo. ſed iſta relatio ꝯtingent
ſe hꝫ ut poſſit ineſſe ⁊ nō ineſſe etiā ex
tremis poſitis. Tūc ad pħm ꝯcedo ꝙ n̄
eſt motus nec mutatio ad relatōem p°
vel 2°° ſe habentē: ⁊ p ꝯn̄s nec vniuerſa
li' ad relatōeꝫ d genē relatōis. ut ipe ibi
loquit de relatōe p̄dicamētali: qꝛ iſta n̄
aduenit niſi ꝓpter nouitatē alicui° ab
ſoluti in altero extremo. ⁊ ſēp eſt ſub p°
⁊ 2° mō relationū dictaꝝ. ſed ad relatō
nē 3° mō ſe habētē: qꝛ illa eſt extriſecus
aduenīēs. i. nō neceſſario ꝯn̄s fundamē
tū intrinſecū: puta q̄litatē vl' q̄titatē vl'
ſb̄am. ſed abſq̄ꝫ nouitate alicuius abſo
luti in illo in quo eſt vel in termio ꝯtin
gent ꝯſequit: bn̄ poteſt eē mutatio. ⁊ ali
que talēſ relatōeſ foꝛte ptinēt ad illa ſex
p̄ncipia q̄ dicunt extriſecus aduenīētia:
vn̄ ⁊ ſꝫ eū in. 5°. phy. motus eſt ad vbi
⁊ tn̄ vbi nullā foꝛmā abſolutā dic. ſed
tm̄ reſpectū in coꝛpe circūſcripto ad lo
cū circumſcribentē. ⁊ iſte reſpectus pti
net ad modū predictum.

Ad argumenta ad pri mū di
co ꝙ infinitū non eſt ꝯpōibile ut ps: qꝛ
pte totū eſt pfecti°. infinito nihil eſt pfe
ctius. Infinitū tn̄ eſt vnibile. i. pōt ter
miare dependētiā alterius ad ipm. Et
cū addit ibi ꝙ infinito non pōt fieri ad
ditio igr̄ nec vnio. Rn̄°. infinitū non hꝫ
in ſe q̄ocūq̄ꝫ ens foꝛmalit' ſꝫ v̄tualiter vl'
eminenter. ⁊ ita v̄bū eo mō quo nō hꝫ
in ſe nām hūanā: illa pōt ſibi addi. h° ē
ꝙ foꝛmalit' taliſ nā depēdeat ad v̄bū: ut
aūt eſt in v̄bo eminent vel v̄tualiter nō
depēdet ſic ad verbū: qꝛ ſic non hꝫ enti
tatē depēdentē. Ad 2^m ꝯcedit ꝓpoꝛtio
ideſt determiata hitudo nō q̄titatia q̄l'
dr̄ eē dupli ad dimidiū: nec q̄ti ad q̄tū
ſꝫ q̄lis dr̄ eſſe generalit' paſſiui ad actm̄
⁊ ecōuerſo actiui ad paſſiuū vel actus
ad potentiā. Nā aūt hūana poſſibil' eſt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

dependere reſpecū pſone diuine depēdē
tia aliqua ſpēali: ꝛ iſta depēdentia ē ſuf
ficiēs ꝓportio ad talē vnionē. Ad 3ᵐ
dico ꝙ ꝯ̄ria nō qꝛ diuerſa .i. in nullo cō
uenientia iō ſunt icōpoſſibilia. nā hᵒ mō
diuerſa genere ſunt magis diuerſa ꝙ̄ ꝯ̄-
ria. ſed qꝛ in illis eſt repugnātia lꝫ in mľ
tis ꝯueniāt qlis repugnātia nō ē in illis
que in nullo vel in paucis ꝯueniūt. nā
igr̄ diuina ꝛ hūana licꝫ ſint magꝭ diuer
ſa ꝙ̄ ꝯ̄ria non tn̄ magꝭ repugnātia. exᵐ
ſupficies ꝛ albedo magis ſūt diuerſa ꝙ̄
albū ꝛ nigrū ꝛ tn̄ ſupficies pōt eſſe alba
non tn̄ albū pōt eſſe nigrū formalit̄. vľ
ecōuerſo ꝓpꝛ eoꝝ repugnātiā formalē.
Ad 4ᵐ dico ꝙ incarnatiōi actōi corn̄
det aliq̄ paſſio ex q̄ eſt actio trāſiēs. ſed
iſta paſſio nō ſignificat̄ p hoc qō eſt in-
carnari ꝓpe loquēdo. ſꝫ p hᵒ qō eſt vni
ri vel aſſumi. nā iſta actio ut trāſit i ob
iectū trāſit in nām hūanā non in vbū.
ꝛ iō illō qō corn̄dꝫ ſibi ex pte nāe hūa
ne eſt paſſio. lꝫ igr̄ vocalit̄ ꝛ grāmatice
icarnari videat̄ ſignificare paſſionē hᵒ
actōis incarnare. tn̄ realit̄ ſignificat̄ per
hoc ꝙ eſt vniri vel aſſumi. ꝛ cōcedo ꝙ
nā aſſūpta patit̄ ꝛ eſt in pō. Ad illud
ſpēale ex pte nāe aſſūpte. dico ꝙ nō eoō
ꝯpletiue eſt nā hūana p ſe exn̄s: ꝛ pſōa
pſonalitate creata: qꝛ dictū fuit in 3ᵒ ar
ticulo ꝙ non eſt pſona vltiate aliq̄ poſi
tiuo p ſe aūt exiſtit exiſtētia poſitia cre-
ata: loquēdo de ꝓpa exiſtētia nāe. Ad
pmā ꝓbatōem iſtiꝰ aſſūpti cū dr̄ ꝙ illiꝰ
exn̄tia eſt p ſe exn̄tia. cōcedo ſm ꝙ p ſe
exiſtē diſtinguit̄ ꝯ ineſſe qō ꝯueniat ac-
cidēti cū aſſumit̄ ꝙ p ſe exn̄tia in nā in-
tellectuali eſt pſonalitas: nego vniuerſa
lit̄ accipiēdo p ſe ut pus. ut. ſ. diſtinguit
ꝯ ineē alā: qꝛ ad pſonalitatē requirit̄ vl
tia ſolitudo ſiue negatio depēdentie ac
tualꝭ ꝛ aptitudinalꝭ ad pſonā alteriꝰ nāe
nō aūt oīe qō p ſe exiſtit pmoᵒ ut diſti
guit̄ ꝯ accn̄s opꝫ p ſe exiſtere 2ᵒᵒ ¶ Ad
ſecundā pꝫ ꝙ nā creata eſt ꝓ aliq̄ poſiti-
uo nō eodē formalit̄ entitati nāe: qꝛ re-
pugnātia ad diuidi n̄ ꝯpetit nāe create
niſi p aliquā entitatē poſitiuā: nō ſic āt
vltra entitatē illā poſitiuā ſingularitati
oꝫ ponere aliquā aliā poſitiuā pſonali-
tatis. Ad aliud q̄ diceret pſonā tm̄ dif
ferre rōne ab eēntia: hrēt ꝯ ſe illud argu
mentū. ſed aliq̄ diſtictio poſita eſt nāe et
ꝓpetatꝭ ut pꝫ. di. 2. p̄. ſi tn̄ poneret̄ pmū
adhuc poſſet rn̄deri ad argumētū illud
p fallaciā amphiᶜ. q̄re in di. 26. p̄. li. de
pſonis abſolutis. Ad aliud de pᵒ mē
bꝛo ꝙ reſpectus nō termiat depēdētiam
nāe abſolute: dr̄ ꝙ pſona diuia inq̄tuꝫ
relatia eſt: termiat depēdētiā nāe create
ad ipaꝫ. ꝛ hoc in duplici genere cāe. ſ. ef-
ficiētie ꝛ formalꝭ. pmū declarat̄ ſic: qꝛ v-
bū aſſumit. i. ad ſe ſumit nō ſic alie pſo-
ne. ꝛ etiā qꝛ incarnari eſt ſpēalit̄ illabi. ꝛ
illabi ptinet ad cām efficiētē. ꝛ qꝛ vbū ē
potētia opatia pris iō pōt hr̄e opatōeꝫ
ꝓpꝛiā pter illā que eſt cōis toti trinita
ti. 2ᵐ declarat̄ ſic: qꝛ ſm hᵒ eſt cā formalꝭ
ſm ꝙ formalit̄ termiat. termiat aūt in-
q̄tū pſona relatia: ita ꝙ ꝓpetas relatia
eſt rō terminandi: q̄ nō dꝫ intelligi cā for
malis q̄ ſit altera ps ꝯpoſiti neqꝫ cā for
malis ſupueniēs ꝯpōi neqꝫ forma exem
plaris: qꝛ hᵒ eſt cōis toti trinitati. ſꝫ cā for
malis qꝛ formalit̄ termināſ. hᵒ eſt dans
formā ſpālit̄ interuallo illi qō eſt inter
nām vnitā ꝛ ipm ut terminū.

Contra hoc quod dr̄ de ꝓpa efficiētia v-
bi que nō ſit cōis toti trinitati ſunt au-
ctoritates q̄s adducit mgr̄ in lr̄a. ꝙ tota
trinitas eq̄lit̄ eſt opata incarnatiōeꝫ. Et
ſi dicas ꝙ aliq̄s modus agēdi ſpēalis ē
vbi ꝓpter quē dr̄ ſuſtentare nām mō q̄
pater ꝛ ſpūs ſanctꝰ nō dn̄r ſuſtētare eā.
Contra in actōe ad extra nō eſt diſtictō
triū pſonaꝝ in agēdo niſi ꝯn̄s originē:
puta. qꝛ vna pſona agit a ſe alia nō a ſe
ſed ab alio. ſed iſta diſtinctio non eſt rō
quare vna pſona dicat̄ aſſumere nāꝫ hu
manā vel pſonare nām ꝛ alia non: qꝛ ſi
pater incarnaret̄ ꝛ trinitas iſtā incarnē

tōem efficēt eſſet iſta diſtictio in opādo
qꝛ pater ageret a ſe. filius non a ſe ſicut
mō. Preterea reſpectus pſonalis non
pōt eſſe ꝓpa rō agēdi ad extra. p̄. li. di.
5. ꝛ. 16. de dono. Preterea ſuppoſituꝫ
creatū nō agit reſpectu nāe cuꝰ eſt: quia
ſꝫ eos natura p̄cedit nāliter ſuppoſitū
non ſic aūt agēs. ergo nec illud qō ſup
plet vicē ſuppoſiti creati inq̄tū tale eſt
agens reſpectu nature. Quod 2° dr̄ ō
forma: videt̄ abuſiua locutio ſiue ipro
pria de forma ſiue cā formali. qꝛ ſm h°
pater eternꝰ inq̄tū pater eſſet cā forma
lis filij: qꝛ inq̄tū pater termiat relatōeꝫ
filij ad patrē. Quod etiā adducit̄ ibi ō
ſuppoſito ꝙ habet rōeꝫ totiꝰ igr̄ ꝛ rōeꝫ
forme: ſicut totū ē forma ex 5° metha.
ꝛ aн̄s eſt falſuꝫ ꝛ ꝯn̄tia nulla. p̄mū pꝫ
ex dictis qꝛ pſona nullā addit entitateꝫ
abſolutā vltra nām ſingularē: ꝛ ita nec
ſuppoſitū in cōi ſicut nec pſona in nā i
tellectuali: ꝛ p ꝯn̄s non eſt totū reſpectu
nature ſingularis. 2m ꝓbat̄ ideo. n. to
tū eſt forma quia q̄libet ps eſt quaſi po
tētialis reſpectu pfectōis totius. In ꝓ
poſito aūt v̄bū non eſt potētiale reſpcū
pſone quaſi ꝯpoſite ſi etiā deberet eē h°
totū ꝓut Damaſc. dicit ꝛ ꝯcedit pſonā
ꝯpoſitā eſſe verbū. hoc non eſt de pſōa
abſolute accepta ſm entitatē pſonalem
ꝯpatā ad naturā. ſed de pſona in nā ad
nām ꝯpata ita igr̄ deberet ꝯcludi ꝙ ver
bū incarnatū eſſet ut forma: nō autē ſi
cut mā. Si. n. abſolute ꝯſideraret̄ enti
tis ꝓpria ſuppoſiti ꝛ nature reſpcū en
tatatis totius creati: entitas ꝓpria ſup
poſiti non eſt formalis reſpectu nature
ſed magis materialis. Qō autē adduci
tur p iſto dicto aſſumere eſt ad ſe ſumē
Rn̄°. ſumere ut notat abſolute actōem
eſt eq̄liter totius trinitatis abſq3 oi di
ſtinctōe preter illā que ꝯſequit̄ origineꝫ
ſꝫ ad ſe ut notat terminū actōis eſt ver
bi ut terminat dependentiā aſſūpte nāe
Similiter quod dr̄ de illabi. Rn̄° ſi ac
cipiat̄ illapſus pro aliqua conditiōe effi
cientis ſiue producentis ſiue conſeruan
tis tota trinitas eodē modo illabitur il
li nature. ſed ſi accipiat pro intimitate
aliqua qualis eſt ſuppoſiti ad naturam
que dependet ad ipm hoc modo ſoluꝫ
verbum illabitur quia ſolū termiat de
pendentiā illius nāe ſed iſtud illabi nō
eſt aliqua effiᵃ ſed omnino p̄oritas alte
rius ratōnis. Qō etiā additur ꝙ ver
bum eſt potentia operatiua patris: veꝝ
eſt quia agit aliter ꝙ pater. q̄ tum ad di
ſtinctiōem que conſequit̄ originē. ſ. a ſe
ꝛ non a ſe ſed ab alio propter quā dicit̄
pater creare per verbū ꝛ non ecōuerſo
ſed propter iſtā diſtinctōnem non eſt ꝙ
vna perſona h° modo agat ut incarna
ta ꝛ alia non ſic agat ut non incarnata.
Ad argumentū igit̄ principale dico ꝙ ſi
pſona diuina eſt abſoluta abſolutū ter
minat dependentiam illius nature. Si
autem eſt relatiua dico ꝙ etſi relatiuuꝫ
inq̄tum tale non poſſit terminare depē
dentiaꝫ cauſati ad cauſam poteſt tamē
terminare dependentiā que eſt alterius
rationis illam. ſ. que eſt nature ad ſup
poſitū inq̄tū ſuppoſitū ad terminaduꝫ
eni illā dependentiā ſufficit quecūq3 en
titas que poteſt eſſe ꝓpria ratio ſuppo
ſiti ꝛ talis ponitur hic entitas relatiua.
Ad vltimuꝫ dico ꝙ iſta propō eſt falſa
ſ. ꝙ omnis depēdentia eſt cauſati ad cāꝫ
vel ad cauſatū prius. eſt eniꝫ aliqua de
pendentia alterius rōis ab illa que non
eſt ad aliquid inq̄tum habet quiddita
tem: ſed inq̄tuꝫ quid vel ens ſubſiſtens
vel ſuppoſituꝫ talis eſt iſta dependētia.

Circa ſm argū ꝙ ſic. hec
nā anq̄ aſſūat ab
aliq̄ pſona ē aſſūptibil̄ a qua
cūq3 diuiſiꝫ agat igr̄ oīs ſimul in eodē
inſtanti ad aſſumptōem eius. aut igr̄ aſ
ſumet̄ ab omnibus ꝛ habebit̄ ꝓpoſitū
aut a nulla: qō eſt incōueniens ſi agant
ad aſſumptōem eius inq̄tū poſſunt q̄a
eſt iperfecta obia eaꝝ aut ab aliq̄ vna
ſola pſona. qō eſt incōueniēs qꝛ non eſt

maioꝛ rō q̄re ab hac magis ſumit̄ ꝙ ab
iſta. cū eq̄liter quelibet agat ad h°. Pre
terea añ aſſūptōem hu9 nāe a filio ipſa
fuit aſſūptibil' a pr̄e igr̄ ⁊ mō. ꝓba° cō
ſequētie. qꝛ ꝑus fuit aſſūptibil' ꝑ h° qḋ
fuit in potētia obediētiali ad ꝑſonā pa
tris: ſed illā nō euacuat aſſūptō ad ꝑſo
nā filij: qꝛ ꝑſonalitas filij nō eſt eiuſdez
rōis cū ꝑſonalitate pr̄is. aut ſi fuit eiuſ
dē rōis nō tn̄ eſſet eadē potētia obediēti
alis ad ꝑſonalitatē pr̄is ⁊ filij: ſicut nec
ꝑſonalitates ad quas ſūt iſte potētie: igr̄
ꝑ hoc ꝙ vna reducit ad actū nō reducit
alia. Preterea. nā exn̄s in v̄bo hꝫ incli
natōem ad ꝓꝑꝛiuz ſuppoſitū: qꝛ illa incli
natio ſibi eſt nālis. ğ hꝫ inclinatōnez ad
quodcūq; potēs ſupplē vicē ꝓꝑꝛij ſup
poſiti. tale eſt ꝑſona pr̄is. igr̄ cū hoc ꝙ
ꝑſonat a filio ſtat potētialitas e9 ut ꝑſo
net a pr̄e. Preterea. idē accn̄s pōt eē in
duob9 ſubiectis. ğ eadē nā in duob9 ſup
poſitis. ɔ̄ña ꝓbat. qꝛ habitudo accn̄tis
ad ſubiectū eſt ſimilis iſti depēdētie: vt
dictū eſt in. q. p̄cedente. ꝓbatō añtis: ſi
poſſūt eſſe coꝛpus glorioſū ⁊ nō glorio
ſū igr̄ hn̄t idē vbi: qḋ vbi eſt accn̄s loca
ti. ꝙ aūt ſit idē vbi ꝓbat. qꝛ eſt idē loc9
idē locus hꝫ vnā circūſcriptiōez actiuā.
igit ſibi coꝛn̄det vna circūſcriptio paſſi
ua que eſt vbi. Cōtra Anſel. de incar
natōe v̄bi. ⁊ 2° cur deus hō. c. 9°: plures
ꝑſone eundē hoīez aſſumere oīo neq̄ūt
Preterea m̄tiplicato ſuppoſito creato
m̄tiplicat nā. ergo ſilr̄ ⁊ increato. ɔ̄ñtia
ꝓbat. qꝛ increatū ſupplet vicē ſuppoſiti
creati. igr̄ ita diſtinguit ſicut creatū di
ſtingueret. Preterea. qḋ ɔ̄uenit alicui ut
diſtinguit ab alio nō pōt ineſſe alij. In
carnatio ɔ̄petit filio ut diſtinguit a pr̄e
ğ non pōt ɔ̄petē patri. minoꝛ pꝫ: qꝛ ɔ̄uēit
ſibi ſcd̄m proprietatē eius ſcd̄m quam
diſtinguitur.

Hic dicitur ꝙ ſicut prius pōt eſſe ſine po
ſteriore abſq; ɔ̄dictōne: ita poteſt manē
idē plurificato poſteriore. poꝛ aūt eſt rō
ſingularitatis ſiue indiuiduatōis in nā
creata ꝙ rō ꝑſone. qḋ apparet. qꝛ v̄bū
aſſūpſit nāz atomā. non tn̄ ꝑſonatā igr̄
pōt manere eadē indiuidua nā: licꝫ plu
rificent ꝑſonalitates extrinſice reſpectu
illius nāe. ¶ Preterea diſtinctio relatō
nis nō eſt cā ſufficiens diſtinguēdi abſo
luta. ſicut patet inductiue. igr̄ cum diſti
nctio ꝑſonaꝝ diuinaꝝ ſit relatiua. non
opoꝛtet propter eā naturā abſolutā di
ſtingui pōt igit aſſumi a tribus ſine di
ſtinctōe ſui. ¶ Dicit igr̄ ꝙ ſicut aīa ea
dē poteſt eſſe in diuerſis ꝑtibus coꝛpis
⁊ idē coꝛpus miraculoſe in diuerſis locꝭ
ita pōt vna nā ſimul eſſe in duob9 ſup
poſitis. qn̄ iſta ſuppoſita ſunt extrīſeca
⁊ nō eadē illi nature. ¶ Contra h° ob
ij̄cit ſic. quia eſſentia diuina ɔ̄cludit eſſe
infinita. ex hoc ꝙ ipſa eadez pōt eſſe in
tribus ꝑſonis. igit iſta natura eſſet infi
nita ſi poſſet eſſe in pluribus ꝑſonis. ꝓ
bat ɔ̄ña. quia qua rōe poſſet eſſe in du
abus ꝑſonis pari ratōne ⁊ in infinitis.
Si etiā ſimul poſſet aliqua haber̄ plu
res ꝑſonalitates ꝑfectas increatas. igit
poſſet habere ꝑſonalitatē creatā ⁊ incre
atā vel plures creatas: quia non magis
repugnant ſimul eſſe ꝑſonalitas creata
⁊ increata in natura vna: ꝙ due ꝑſona
litates increate quaruz vtraq; perfecte
ſupplet vicē ꝑſonalitatis create. ¶ Ad
pꝛimā iſtaꝝ rationū dicit ꝙ eſſentia di
uina eſt idē illis tribus ꝑſonis ⁊ ex iſta
idētitate ſequit ꝙ ſit infinita. non autez
ex hoc ꝙ abſolute eſt in illis tribus ſi
mul. Illa autem natura aſſumpta non
eſſet eadē illis tribus ꝑſonis ſed aduen
ticia: licet ſimul eſſet in eis. Similit̄ na
tura diuina fundat tres relatōes ⁊ tres
ꝑſonalitates increatas. ⁊ ex hoc ſequit
eius infinitas: illa autē natura aduenti
cia non fundaret eas. ¶ Contra iſtud
obij̄citur ſic. quia ſicut foꝛma ſubſtan
tialis: que ſubſtantialiter perficeret
plura ſuppoſita eſſet actualiter illīi
tata: ita accidens conſequens quod

accidentaliꝫ pficeret eadē ſuppoſita eēt
illimitatū exemplū. ſicut aīa eſt illimita
ta ad pficiendū plures ptes corpis ſub
ſtātiales. ita ſcia eſt accn̄s illimitatū re
ſpectu ptiū corpis. igr̄ ſic eſſentia diuia
qꝛ eſt eēntialiꝫ nā triū ſuppoſitoꝝ ē in
finita. q. natura eēntialis coꝝ. ita naīa
humana eēt infinita. lꝫ. q. nā aduētitia
pluribus ſuppoſitis. ¶ Cōfirmaꝫ iſtud
qꝛ ita ipoſſibile vr̄ vnū accn̄s eē i duo
bus ſubiectis: ſicut vnā formā ſubſtāti
alē eſſe in duabus materijs. igr̄ ſi neceſ
ſario ſequiꝫ infinitas ex hoc ꝙ vna for
ma ſbalis eſt i plibus materijs: neceſſa
rio ſequiꝫ infinitas ex hoc ꝙ vnū accn̄s
eſt in multis. ¶ 2ª rō peccat. pꝫ de volun
tate que pōt fundare relatiōes diuerſas
ꝛ alterius rōis ꝛ tn̄ eſt finita. ſilr idē aꝫᵐ
multas ſilitudines. ꝛ idē pater multas
paternitates ſine infinitate. ꝛ eadem nā
multas pſonalitates creatas. imo infini
tas. qꝛ n̄ magis repugnāt iſinite ꝙ due.

Ad queſtionem. igiꝫ
dici
pōt diſtinguo. qꝛ aut pōt intelligi pͥmꝰ
terminꝰ iſtiꝰ vniōis eē pſona aut eēntia
ſubſiſtens cōis tribꝰ. pͥmoꝰ nō vr̄ ꝙ vna
nā poſſit ſimul aſſumi a tribus pſonis
qꝛ in oī dependētia eēntiali vnū depen
dens non depēdet pciſe niſi ad vnū qō
totaliter terminat eius dependentiam
In iſta vnione eſt dependētia eēntialis
vniꝰ nature. ꝛ vna pſona termiat tota
liꝫ eam. igr̄ non pōt idē depēdere ħ mō
ad plures tales pſonas. maior pbaꝫ in
oī dependētia cāti ad cām. qꝛ ipoſſibile
eſt idē cātū hr̄e plures cauſas totales
in eodē genere cāndi a quibꝰ depēdeat
ſequereꝫ. n. ꝙ eēntialiꝫ depēderet ab illo
vt a cā quo nō exiſtēte nihilominꝰ eēꝫ. ſi
eni hēat. a. p totali cā efficiēte. ꝛ cū hoc
b. ſimiliꝫ. a. ſufficiēter efficeret ipm quo
cūqꝫ alio circūſcripto. als nō eſſet eiꝰ to
talis cā. igiꝫ effectus eſſet ab. a. b. nō exi
ſtēte. ꝛ ita nō depēdet a. b. ꝯſimiliꝫ argē
ecōuerſo ō. a. ſi. b. pōiꝫ cā eiꝰ totaꝫ. igr̄ ſi
a. ſit cā totalis. ꝛ. b. ſimiliꝫ: vtrūqꝫ erit
cā totalis ꝛ neutrū. ita vr̄ i oībus depē
dētijs. etiā que nō ſunt cātoꝝ ad cās. ꝙ
cū depēdētia alicuiꝰ fuerit totaliter ter
miata ad aliqd. ipm nō pōt dependētia
eiuſdē rōis dependē ad aliud. ¶ Confir
maꝫ hoc de accn̄te reſpectu pluriū ſub
iectoꝝ pͥmoꝝ. mior pbaꝫ. qꝛ pſōalitas
creata totaliter terminaret ipam. ꝛ illa
ſtāte: non poſſet ſimul eſſe in alia pſōa
creata vel increata. Nō minus. n. termi
nat nāꝫ ꝛ dependētiā eiuſdē pſonalitas
qcūqꝫ pſone diuine ꝙ terminareꝫ in ſe.
igr̄ ꝛc̄. ¶ Obijciꝫ ꝯtra iſta qꝛ non vr̄ in
ꝯueniens plures relatōes eiuſdē rōis eē
in eodē ſubiecto. ſicut ſi idē aꝫᵐ pluribꝰ
albis ſit ſimile. igr̄ ſimiliꝫ in pᵖpoſito n̄
erit incōueniēs pluribus dependentijs
eiuſdē rōis idē abſolutū depēdē ad plu
res pſonas. ꝙ ſi ponanꝫ dependētie ille
alterius rōis magis habebiꝫ pᵖpoſituꝫ.
Rn̄o ſicut non oīs relatio vn̄ relatō eſt
eadē fundamēto: lꝫ aliq ſit talis que. ſ. ē
pͥma in fundamēto ad terminū ſine qͦ
impoſſibile eſt fundamētū eē aliqͦ mō
ſicut dictū eſt di. i. 2. de relatiōibus crea
ture ad deū. Ita nec vn̄ r̄latio repugnat
ſibi ꝙ plures eiuſdē rōis ſint in eodem.
ſed aliqbus ſpēalibus relatiōibꝰ repug
nat puta dependētijs eſſentialibꝰ. talis
eni ſi ē vna ad terminū totaliꝫ terminā
tē non relinqd fundamentū depēdens
depēdētia ſimili ad qōcūqꝫ aliud. quia
tunc non eſſet depēdentia determiata. ¶
Si intelligaꝫ 2ᵒᵒ ꝙ pͥmus termiꝰ vniōis
ſit ipſa nā in tribus p ſe ſubſiſtēs. videꝫ
poſſibile ꝙ vna natura aſſumaꝫ a tribꝰ
q. mediāte vna eēntia exn̄te in tribus ſi
cut vna albedo pōt eſſe in tribꝰ corpibꝰ
ſi vna ſupficies in qua eſt eſſet in eis.
¶ Qꝫ aūt ipſa eſſentia p ſe exn̄s poſſet eſſe
terminꝰ pximꝰ illius vnionis. vr̄ qꝛ ipſa
nullū eſſe habet a pſona: ſed eſt pͥus nā
liter ꝙ ſit in pſona ꝛ dat eſſe pſone. eſt
eni natura de ſe ħ ꝛ p ſe ſubſiſtēs lꝫ non
incōicabiliꝫ: vr̄ aūt ꝙ incōicabilitas nō

ſit neceſſario rō ꝓpria terminādi iſtam
dependentiā. ſed ſubſiſtētia ſingularis.

Ad argumenta principalia

Ad primū dico ꝙ ſi oēs tres agerēt ſ3
vltimum potentie ſue ad aſſumptiōem
illius nature nō poſſent agē ad aſſump
tiōem eius a tribꝰ ſed ad aſſūptiōem eiꝰ
ab aliqua vna q̃ termiet. ita ꝙ lic3 tres
agāt: vna tñ terminat eā. ⁊ cū queris: a
qua igit ſumet: dico ꝙ ab illa ad qua3
tres vniūt eā actiue. Et ſi dicas ꝙ pñt
ſimul agē q̃libet pſona ad vniendū ea3
ſibi. nego: q2 impoſſibile eſt ut ſimľ vni
at pluribꝰ q2 impoſſibile eſt totalit de
pendē dependētia eiuſdē rōis ad pľes ꝑ
ſonas cū ſit nata teriari ad vna3 pſonā
⁊ ad incōpoſſibilia nō pñt pſone ſimul
agē. Ad 2^m ⁊ 3^m ſimul dico ꝙ ſi vna
potētia obedientialis eſt in nā qua pōt
vniri tribus. hoc eſt cuicūq3 triū diſiūc
ti3 illa vna reducta eſt ad actū ꝑ hoc ꝙ
verbū eā ſubſtētat. ſi aūt ſint tres potēc
ꝯcedo ꝙ ꝑ hoc ꝙ vna reducta ē ad actū
nō reducit alia. ⁊ pōt reduci illa alia. ſ3
nō cū actu alterīꝰ potētie ꝓpř incōpoſ
ſibilitatē actuū. ſicut pō ad albedinē ñ
pōt reduci ad actū cū nigredie. ⁊ ita nā
nunc pſonata a vbo ſi dimitteret ab eo
poſſet aſſumi a pře. ſed ſtāte actuali aſ
ſūptōe a vbo licet ſit in potētia aſſūptō
nis a pře: non pōt tñ reduci iſta pō ad
actū ꝓpter incōpoſſibilitatē illiꝰ actus
ad iſtū. Ad 4^m nego aſſūptū de accñ
te ⁊ ſubiectis. Ad ꝓbatōe3 dico ꝙ ſūt
duo vbi: ⁊ tñ ab vno loco circūſcribēte
Et cū dicit ꝙ vniꝰ locati erit vna circū
ſcriptio actiua. dico ꝙ ſi locus ſit aliq̃d
abſolutū formalit. in q̃ fundat nō actio
ſed relatō illa q̃ ſignificat ꝑ modū actō
nis ut circūſcriptō actio: due circūſcrip
tōnes pñt fundari in eodē abſoluto ad
duo corpa circūſcripta. Si aūt locus di
cat formaliter reſpectū ad locatū. ⁊ mā
liter fundamētū in q̃ fundat iſte reſpec
tus. tūc eſt vnꝰ locus ꝓpter vnitatē mā
lē. ſed due locatiōes formalit. ⁊ vtroq3
modo cōmultiplicatur circūſcriptio ac
tiua ⁊ paſſiua.

Ad primū

in oppoſitū po
teſt dici ꝙ An
ſel. loquit ſi ṗmus termiꝰ vniōis ſit pſo
na quo mō nunc nā eſt aſſumpta. q2 ſic
tres pſone nō poſſūt eandē nā3 aſſumē
Ad aliud hoc includit qñ ſuppoſitū in
creatū eſt ṗmꝰ ⁊ ꝓximꝰ terminꝰ vniōis
nō aūt qñ mediatꝰ. q2 tūc nā aſſumpta
vna pōt eſſe in mulč ꝓpter vnitatē nāe
illius cui ṗmo vnit nec nāe aſſūpte de ſe
⁊ imediate ꝯuenit eſſe in tribꝰ. ſed tñ ꝑ
illā nā3 infinitatā cui ṗmo vnit. Et ſi
hic arguit ſicut arguit ꝯ ṗmā opinionē
ꝙ accñs exñs in plibus eſt illimitatū. ſic
ſba exñs in plibus eſt illimitata. dici po
teſt ꝙ hoc vez eſt. qñ accñs dat aliquē3
actū formalē illis quoz eſt accñs. Iſta
aūt nā aſſūpta ſi ṗmo vniat cētie nul
lū actū dat pſonis: ſed tñ depēdet ad eſ
ſētiā ut ad vnū terminū ṗmū. cui vt ſic
accidit eſſe in tribus. ſicut mō oēs cre
ature dependēt dependētia cāti ad cām
ad tres pſonas ut ſunt vnū in nā. nec ꝓ
pter illā depēdentiā cāti ad tres pſonas
ponit cātū illimitatū. vñ nec illa rō mľ
tū valet cōtra ṗmā opi. Ad 3^m dico ꝙ
tunc non ꝯueniret filio ſuſtētificare nā3
inq̃tū diſtinguit a patre. ſed inq̃tu3 hic
deus exiſtens.

Ad argumenta.

pro ṗma o
pinione. licet indiuiduatō poſſet eē ſine
perſonatōne: non tamē ſequitur ꝙ indi
uiduatio poſſet eſſe eade3 ⁊ vna cū plu
ribus pſonalitatibus. tunc enim poſſet
hoc concludi de pſonalitatibus creatis
reſpectu quarum indiuiduatō eſt prior
naturaliter. vnde non quodcūq3 prius
poteſt manere indiſtinctum cum diſtin
ctione cuiuſcunq3 poſterioris maxime
quādo diſtinctio poſterioris ꝯcludit in
ṗore aliquid ſibi repugnās ſi ſit idem.

Ad aliud dico ꝙ diſtictio relatiua ſi nō
cēt diſtictiōnez abſoluti fundātis rōnē
pōt tm̄ cāre diſtinctōez abſoluti ſequētis
nāliter rōnē ⁊ depēdētis ab ea qꝛ diſtin
ctō poꝛis ſufficit ad cāndū diſtinctiōnez
poſterioꝛis. iſta aūt nā abſoluta aſſūp-
ta nō p̄cederet relatōnes: ſed ſeq̄ret. ⁊ iō
ſm̄ eas diſtigueret. Exēpla aūt de aīa
in diuerſis ptib⁹ coꝛpis ⁊ vno coꝛpe in
diuerſ locis: nō ſunt ad ꝓpoſitū. qꝛ non
includit ibi aliq̄d incompoſſibile aīe in
foꝛmāti vel coꝛpi locato ſicut h̄ icludit.

Sed contra 2m membrum ſolutōnis argī
querit. n. ad quā vnitatē eſſet aſſūptio
in illo mēbꝛo: nō ad vnitatē nāe. qꝛ tūc
cēt eadē nā aſſūpta cū aſſumēte: nec ad
vnitatē pſone: qꝛ pſona non eſt termin⁹
illius vnionis p poſituz. ſed cēntia. igit
ad nullā vnitatez eſſet aſſūptio. Rn̄o
dico ꝙ eſſet ad vnitatē non idēptitatis
vel ꝯpōnis ſed vnionis nature hui⁹ ad
illā. ⁊ iſta vnio eſſet ſpēalis dependētia
nature ad naturā ſīlis illi q̄ nūc eſt nāe
ad perſonā. qn̄ igr̄ dicis ſi eſſet ad vnita
tē nature. igi eſſz vna nā aſſumens ⁊ aſ
ſumpta. dico ꝙ nō eſt concedendū ꝙ ſit
ad vnitatem nāe. ſed tm̄ eſt ibi vnio ad
naturā. vel ad vnitatē vnionis nāe cuz
natura. qꝛ cū dr̄ vnitas nāe: accipit ibi
vnitas nāe ex vi ꝯſtructiōnis ꝓ vnitate
idēptitatis vel ꝯpōnis. neutra eſt ibi. nō
ſic autē accipr̄ vnitas cū dr̄ aliq̄d aſſūi
ī vnitate pſone. qꝛ ibi ex vi ꝯſtructōnis
accipit vnitas ꝓ vnitate vnionis. Cō-
tra ſicut ſeq̄t pſona eſt p̄mus terminus
vnionis. g̊ aſſumptū vnit in vnitate p-
ſone. ita vr̄ ſequi hic. nā ē p̄im⁹ termi-
nus vnionis. igr̄ aſſumptuz vnit in vni
tate nature. Rn̄. licz p̄ma ꝯn̄tia teneat
qꝛ iō ſignificat ꝯn̄s qđ an̄s ex vi cōſtru
ctōis vnitatis cū ly perſone. tm̄ 2a ꝯn̄tia
non tenet. qꝛ an̄s ſignificat nām eſſe ter
minū vnionis. ſꝫ ꝯn̄s ſignificat vnita-
tē idēptitatis nāe ad nām vel ꝯpōnem
ex natura ⁊ natura. vn̄ ꝓpō tacita in p̄
mo enthimemate vā eſt h̄ vꝫ quod vnit
pſone vnit ad vnitatez vel in vnitate p
ſone. ꝓpō aūt tacita in 2a ꝯn̄tia falſa eſt
hec. ſ. qđ vnit nature vnit ad vnitatem
vel in vnitate nature. nec eſt h̄ difficul-
tas realis: ſed tm̄ grāmaticalis. in re. n.
vnitas pſone non cōicat foꝛmalit nāe
aſſumpte. ſed tm̄ ut termin⁹ dependētie
ſicut nec vnitas nature cōicat foꝛmalit
nature aſſūpte ſi nā cēt termi⁹ vnionis
neqꝫ ēt ex pſona aſſumēte ⁊ nā aſſūpta
fit 3m cōpoᵐ ſicut nec ex natura ⁊ nāa.
ſed tm̄ modus loquendi eſt ali⁹ dicēdo
vnitatē nature ⁊ vnitatem pſone. qꝛ in
p̄mo mō loquendi notat vnitas idēpti
tatis vel ꝯpōnis. in 2o nō notat niſi vni
onē ad pſonam vt ad terminum.

Circa tertium arguit ꝙ nō. qꝛ aut eſſet vn⁹
hō aut plures. nō vnus hō qꝛ non vna
natura tm̄. nō plures. qꝛ non plura ſup
poſita. prima ꝯn̄a ꝓbat p oppoſitū. qꝛ
tres pſone ſunt vnus deus. 2a ꝓbat p-
hoc ꝙ hn̄s plures ſcias ꝓpter vnitatez
ſuppoſiti eſt vnus ſciens. Preterea. nā
habet nūeratōnem ⁊ vnitatē a ſuppoſi
to. qꝛ nāa ut abſtracta ab indiuiduis
nō nūerat. igit ſi vnū ſuppoſituz ⁊ vna
natura. Cōtra alia natura potuit aſ-
ſumi iſta non aſſūpta. igr̄ ⁊ mō pōt. ꝓ-
batio ꝯn̄tie qꝛ nec pō alterius nature
eſt reducta ad actuz p hoc ꝙ hec eſt aſ-
ſūpta. nec relatio ex pte verbi aſſumen
tis habet iſtā nām adequatā ſibi in rōe
termīati dependentis ad termināſ inde
pēdens. qꝛ ⁊ ſi vnū cauſatū non poſſet
dependere totalr̄ ad plures cās totales
tm̄ bene pōt vna cā totalit terminare de
pēdentias multoꝝ cauſatoꝝ igr̄ ⁊c̄.

Reſpondeo cum aliq̄ nāa poſſet
habere depēdentiā eiuſdē rōis cum iſta
⁊ ēt ſimul cū iſta. qꝛ nō eſt repugnantia
reſpectu naturaꝝ. actualis. n. dependen
tia vnius nature non repugnat depen-

pentie alterius nãe nec eſt repugnantia ex pte verbi. qꝛ per hoc nõ ponent i eo niſi plures relatiões rõis. vel nulla relatio rõis. ſed tñ ꝙ ipm terminet plꝛes relatões reales ad ipm. hoc aũt nõ eſt impoſſibile. ſic tota trinitas termiat oms relatões reales creaturaꝝ. nulla eſt igit cauſa impoſſibilitatis vel incõpoſſibilitatis aſſumptiõis alterius nature etiã iſta natura manente vnita.

Ad primũ argumentuʒ dr ꝙ nec eſſʒ vnus hõ nec plures. Sed ꝯtra vnũ ⁊ multa ſunt oppoſita imediate diuidẽtia ens. igr a ſili circa hoc ens qd eſt hõ vnuʒ vel alteꝝ eſt imediate veꝝ. ut ſi eſt hõ neceſſe eſt ꝙ ſit vnus hõ vel plures aliter non eſſet hõ. ꝓbat etiã hoc ꝑ vnuʒ ⁊ non vnuʒ. que circa quodcũqꝫ includunt cõdictiõem. ⁊ non vnũ in ente eſt mlta neceſſario. Alii dicit ꝙ eſſet vnꝰ hõ ab vnitate ſuppoſiti ſicut vnus ſciens licet ſciret plures ſcias. ¶ Sed ꝯtra hoc eſt qꝛ tunc ꝓpter plurificationem ſuppoſitoꝝ debet plurificari tale cõcretũ ⁊ natura. ⁊ ita plures pſone diuine eſſẽt plures dij. ¶ Ideo dico 3° modo ſicut dictũ eſt di. 12. p. li. ꝙ pater ⁊ filius ſunt vnꝰ ſpiratoꝛ. non tñ vnus ſpirãs ſed duo ſpirãtes: q̃re ibi. Ad aliud dico ꝙ ſicut ſingularitas p̃cedit rõnem ſuppoſiti: ita põt pl'alitas nãꝝ ſtare in eodem ſuppoſito.

Hic dicitur q̄ iſta propō xp̄us eſt crea tura eſt negāda q2 cōicatio idiomatū n̄ ſit in his vbi eſt repugnantia ꝓprietatis vnius nā̄e ad aliaʒ nām. talis eſt hic. q2 creatura includit inceptōem eſſe ⁊ ita re pugnat eternitati que eſt ꝓpetas filij dei Cōtra non pluſ repugnat illi nā̄e eſſe pꝰ non eſſe vel incipe eſſe poſt nō eſſe q̄ nō eſſe poſt eſſe vel etiaʒ deſinere eſſe quia vtrūq3 repugnat eternitati ſʒ xp̄ſ ꝯcedit mortuꝰ cū tn̄ mortuū eſſe dicat non eſſe poſt eſſe q2 non viuere poſt viuere. ⁊ vi uere viuētibus eſt eſſe 2º. de aia. igr̄ ⁊c̄. Preterea mortale ⁊ imortale ita oppo nunt̄ formalr̄ ſicut creatū ⁊ increatū. et tn̄ ambo dicunt̄ de xp̄o. Preterea ita formalr̄ nā̄e create repugnat eē creatorē vel eternā. ſicut repugnat eterno incipe. ḡ eq̄ negabit xp̄m eē creatorē ꝓpꝰ repu gnantiā ad vnā nām. ſicut eſſe creaturā ꝓpter repugnantiā ad aliā.

Aliter dicitur q̄ non fit cōicatō idi omatū in negatōibuſ neq3 in his que di cūt reſpectū vniꝰ nā̄e ad aliā nāʒ. Prim appʒ q2 aliꝰ dicerent abſolute ꝯdictoª de xp̄o. q2 negaº aliq̄ ꝯuenit vni nā̄e cuiꝰ oppoſita affirmatō ineſt nāliter rōne al teriꝰ. puta nā̄ diuina eſt eterna nā̄ hūaª non eſt eterna. ſed ſi p hoc xp̄s diceret̄ n̄ eternus. xp̄us diceret̄ eternꝰ ⁊ nō eternꝰ. negatōes ḡ que inſunt rōe alteriꝰ nā̄e .ſ. hūane q2 inſunt ſm q̄d puta cū deteria tōe diſtrahēte n̄ denominat ſimplr̄ illō de quo dicunt̄. Silr̄ 2m. ſ. de dicētibus reſpectū vniꝰ nā̄e ad aliā. declarat̄. non eni ſi nā̄ hūana eſt aſſūpta. dr̄ xp̄s aſſū ptus. creatura. n. non tm̄ icludit negatō nē. ſ. nō eſſe an̄ eſſe. ſed includit reſpectū vniꝰ nā̄e ad alterā ſicut ad illā a qua ac cipit eſſe. ḡ iſta nō dicent̄ de toto. Cōtra ſicut creatura dicit reſpectū vniꝰ nā̄e ad aliā ut nā̄e hūaᵉ ad diuinā: ita vr̄ q̄ cre ator dicat ecōuerſo reſpectū nā̄e diuine ad humanā. ḡ ſi iſta q̄ dicūt reſpectū nō dicant̄ de toto. xp̄us non erit creator. ne gatio ēt aliq̄ pōt inueniri q̄ iporteſ p hº nomē qō eſt creator. puta nō accipe eſſe poſt non eſſe ab alio ſicut in hoc nomie creatura. igr̄ ſicut xp̄us non dr̄ creatura ꝓpter negatōeʒ incluſā. ita nec dicet̄ cre ator ꝓpter eandē rōem. ¶ Preterea xp̄s eſt minor pr̄e. hoc ꝯcedit abſolute. ⁊ dr̄ Jo. xiiii. ⁊ tn̄ hoc dicit reſpectū vniꝰ nā̄e ad aliā. q2 nō eſt mior patre niſi ſʒ nāʒ humanā. ḡ ⁊c̄.

Aliter dicitur q̄ ꝓpō eſt ſimplr̄ ꝯce dēda ſi bn̄ intelligat̄. negabat̄ tn̄ cōiter a ſanctis ꝓpter hereſes hēticoꝝ dicentiū xp̄ʒ eē purā creaturā cū q̄bus noluerūt ſancti cōicare in ſmōe. Qō aūt abſolu te de vtute ſmōis poſſit ꝯcedi ꝓbat̄ per Damaſ. 50. qui dicit q̄ xp̄s eſt creatꝰ ⁊ i creatꝰ paſſibilis ⁊ ipaſſibilis. ⁊ p eundē c. xcvii. ꝯcedit creatura dei. Et p Aug. de ſermōe dn̄i in mōte. voluit eē creataʒ

qui eſt creator. Et Hiero. ſup epl'am ad
ephi. ſup illud ipſius ſtructura ſum'. dic
multi timore trepidãt ne xp̄m creaturã
dicere ↄpellãt. nos aũt ꝓclamam' non
eſſe piculũ dicere xp̄m eſſe creaturã.

Cui iſta opinio nõ pl; põt dicẽ
ipſã eſſe falſa; ꝓpt iſta;
rõem q2 creari dĩc quoddã fieri ita ꝙ vl
tra fieri addit aliq̃d ꝛ q̃tũ ad reſpectu;
quẽ dicit fieri ad cãm efficientẽ. ꝛ q̃^{m} ad
illũ reſpectũ quẽ dicit ad oppoſitũ p̄ce
dens quo ad primũ fieri reſpicit efficiẽs
in cõi. ſed creari ꝓprie reſpicit p̄mũ effi
ciẽs ut imediate ꝓducens ita ꝙ nihil dr̄
ꝓpe creari niſi qȯ a ſolo p̄^{o} efficiẽte ime
diate ꝓducit ad eſſe q̃ ad 2^{m} fieri dat in
tellige oppoſitũ ꝓcedẽs q̃lecũq; ſiue po
ſitm̃ ſiue p̄uatiuũ. ſ; vltra hoc creari ꝓ
prie ſũptu; addit ꝙ oppoſitũ imediate
p̄cedẽs ſit ↄ̃dictoriũ. puta negatio nõ in
aliquo ſubiecto. ita ꝙ nec p̄uatio nec ↄ̃
riũ hoc mõ creari ſtricte accepto illȯ dr̄
ſtricte creatura qȯ accipit eſſe a p̄mo ef
ficiẽte imediate ꝛ poſt oio non eſſe. ſiue
poſt pur nihil. ꝛ ſic non eẽt dubiũ xp̄;
non eſſe creaturã q2 nec hũana nã in x^{o}
ẽſt ſic creatura. ipſa. n. non a ſolo primo
efficiẽte imediate ꝓducebat in eſſe ſed ẽt
a matre q̃ aliq̃ cãlitatẽ habuit reſpectu
eius neq; ẽt poſt oppoſitũ ↄ̃dicto^{m} qȯ ẽ
oio nõ ens vel nihil ſed poſt oppoſitu;
p̄uatiue q̃n. ſ. mã corpis trãſmutabat a
forma ſanguis ad forma; corpis organi
ci aiati. hoc. n. mõ ſolũmõ angeli ꝛ aia i
tellectiua ꝛ gr̃a ꝛ quedã hi' que de nihi
lo ꝓducunt a p̄mo efficiẽte dicunt crea
ri. alio^{o} generalius accipit creari ꝓut di
cit habitudinẽ ad primũ efficiẽs ſ; non
ut imediate ꝓducẽs excludẽdo oẽm cã;
dicit ẽt ordinẽ ad oppo^{m} p̄cedens. ſ. ne
gatõe; ſed nõ excludẽdo ꝙ ſit in aliquo
ſuſceptiuo. ꝛ a creari hoc mõ generali'
dicto dr̄ creatura generalit̃ de oib' alĩjs
a deo p̄terq̃ de xp̄o. oia. n. alia a primo
efficiẽte recipiũt eſſe ꝛ dicunt creari. lic;
etiã ſint effectus aliar; cãr; non; tñ dicũt
aliar; cãr; creature q2 creatura iſto mõ
non dicit relatiõem ad aliquã cãm 2^{am}.
accipiũt ẽt eſſe ſui p̄^{m} poſt non eſſe ſiue
illud ſit nihil ſiue in aliquo ſuſceptiuo.
Eſſe aũt primũ alicui' dupl'r põt intelli
vel illud q̃ totũ dr̄ p̄mo ens hoc eſt ade
quate ſicut hũanitas dr̄ p̄mo ens corpis
organici aiati. q2 hoc totũ eſſe qȯ ↄſur
git ex vnione iſtar; ptiũ eſt eſſe adeq̃tu;
totius. alio^{o} eſſe p̄mũ alicui' põt dici eẽ
p̄me ptis alicui' in illo toto puta ſi cor
pus organicũ p̄cederet duratõe aiatiõe;
p̄mũ eſſe hois h^{o} mõ eẽt eẽ corpis orga
nici. quecũq; ḡ creatura accipit eẽ p̄mu;
altero iſtor; duor; mõr; poſt nõ eſſe. vl̃
totale vel ptiale prime ptis. ꝛ iõ ſi corp'
organicũ fuiſſet ab eterno inaiatũ. ꝛ in
tpe aiaret totus hõ diceret creatura lic;
non accepiſſet totũ eẽ poſt non eẽ q2 eẽ
alterius ptis eſt eternũ. ſed primũ eẽ to
tale. xp̄us aũt nullo mõ accepit p̄mũ eẽ
ſui poſt non eẽ. q2 neq; primũ eſſe tota
le qȯ reſultaret ex nã diuina ꝛ humana
q2 nullũ tale eſt ſ; Damaſ. c. xlix. q2 tũc
nõ manerẽt ibi iſte nãe niſi ↄfuſe. ſ; ſicut
ſunt due diſticte nãe ita duo eẽ diſticta.
neq; primũ eẽ ptiale ut eẽ vbi q2 illud ẽ
eternũ. deficit ḡ ſibi habitudo illa qua;
neceſſario dicit creatura ad oppo^{m} p̄ce
dẽs que eſt ꝙ poſt nõ eẽ ſequat eẽ vel p̄^{m}
ptiale ſi nullũ h; totale. vl̃ eẽ totale ipi'
qȯ creat. ſic nec eſt in ꝓpoſito.

Contra iſtam rõem obĩj
cit ſic. q̃a
q̃cq̃d ẽ termi' alic' mutatõis põt eẽ tĩn'
creatõis. nã hũa^{a} in x^{o} q̃ tĩmiauit genera
tõe; põt eẽ tĩmi^{n} mutatõis gnal'r dicte. ꝛ
p ↄñs p̄t eẽ tĩmin' creatõis gnal'r dicte. ḡ
xp̄s ſm ꝙ h; eã ẽ creata. nõ. n. vr̃ ꝙ crea
tio pl' reſpiciat p̄mitatẽ eẽ ꝓ tĩmino ſuo
q̃ q̃cũ; alia mutatio ꝓ tĩmio ſuo. cũ ipſa
poſſit hr̃e ꝓ tĩmio q̃cq̃d põt alia mutatõ
hr̃e ꝓ tĩmio ſuo. ꝓ̃ xp̄s ṽe dr̄ mortuus
qȯ ṽe dicit p̄uatõe; eẽ. ꝛ p̄uatõe; p̄mi eẽ
vt vr̃ q2 nõ mag' vnũ oppo^{m} põit acq̃ſi
tiõe; p̄mi eẽ q̃ aliud p̄uatõne; p̄mi eſſe

Ad p̄rimū cōcedo ꝙ nā hūana pōt ter
minare creatōez generalit̄ dictā ꝛ termi
nauit eā ut ipſa vere dicat̄ creatura. nec
tm̄ ꝑpter ipſam xp̄us dr̄ creatura qz eſſe
ꝑpriū vel primū huius nāe ſequit̄ eē ꝑ
mū xp̄i qz eſſe vbi ꝛ aliud eſſe ꝑmū nō
poteſt xp̄s hr̄e. Et cū dicit ꝙ iſta muta°
ſ. creatio nō magis ponit primū eſſe ter
mini acq̄ri ꝙ̄ aliq̄ alia mutatio. dico ꝙ
hoc eſt falſuz qz iſtā ſpecificatiōez addit
creatio vltra alias mutatōes. ut ſicut ali
quid nō eſſet creatura ſi eſſet tm̄ a 2ª cā
ꝓ eo ꝙ creari dicit reſpectū ad ꝑmū effi
ciēs. ꝛ tm̄ poteſt dici genitū reſpectu cāe
ſcđe. ſilr̄ licet ꝑ generatōez acq̄rat̄ aliqđ
eſſe ſimplr̄ ſi tm̄ illud non ſit ꝑmū eē ge
niti ꝛ etiā primū eſſe geniti ſequat̄ non
eſſe tale genitū non dr̄ creatura. ꝛ iō nō
ſequit̄ xp̄s eſt genitus put predicatū ꝯue
nit ei rōe nāe hūane. ğ eſt creatus nec ēt
in aliq̄s ſequit̄ formalr̄. ignis eſt genitus
ğ eſt creatura generalit̄ niſi grā māe qz
eſſe ſimplr̄ termināns generatiōem ignis
eſt primū eſſe ipſius qđ dr̄ genitū. Ad
2m dico ꝙ mortuū non ꝑuat primū eſſe
chriſti. ſed eē ſimplr̄ qđ eſt viuere. ita ēt
generari dicit acq̄ſitōem eē ſimplr̄ ſʒ n̄
neceſſario primi eſſe. vn̄ vere ꝯcedit̄ xp̄s
mortuus. ſicut genitus tpalit̄ non tm̄ ꝯce
dit̄ annihilatus. qz ſicut non dr̄ creatus
ita non dr̄ annihilatus. qđ. n. opponit̄
creatōi dicit ānihilatōem primi eſſe.

Ad iſtam concluſi
onē etiā ponit̄ alia rō talis qz illđ deno
minatm̄ qđ natū eſt denoiare generalit̄
multa. puta totū ꝛ ꝑtem. accn̄s ꝛ ſubie
ctū. non denoiat totū ꝑ ꝑtem. neq̄ʒ ſub
iectū ꝑ accn̄s. ſicut vnū qđ natū eſt dici
de ſubiecto ꝛ accn̄te non denoiat forma
liter ſubiectū ꝑ accn̄s. non. n. dr̄ ſoz. vn⁹
vnitate accn̄tis ut albedinis. ita ꝙ ſi al
bedo ſit vna ꝛ ſoz. erit vn⁹. ꝛ ſi albedies
plures ſoz. plures. qz ſoz. eſt tm̄ vnus. ğ
cū hoc ꝙ eſt creatura natū ſit dici gene
ralit̄ de entib⁹ tam de ſuppoſito ꝙ̄ de nā
non denoiabit ſuppoſitū rōe nāe niſi cō
ueniat ſuppoſito ꝑpria đnoiatōe. nullo
aūt mō ꝯuēit huic ſuppoſito niſi qz de
noiat ipſam nām ꝛ per ipſā non pōt de
noiare ſuppoſitū igr̄ ꝛc. Et ꝑ h° patet
quare xp̄us dr̄ genitus tēpalit̄ ꝛ non cre
atura qz generari denoiat nām ꝛ mediā
te nā natū eſt denoiare ſuppoſituz. crea
tura nata eſt denoiare vtrūq̄ʒ ꝑpria de
noiatōe ꝛ ita neutrū eſt ibi ratio qua re
ſpectu alterius.

Ad argumenta Ad ꝑ
mum
dico ꝙ illud qđ natū eſt denoiar̄ ſuppo
ſitū rōne nāe poteſt dici de iſto ſuppoſi
to puta viuere. intelligere. comedere ꝛc.
ſed creatura non eſt tale denoiatm̄. Exē
plū hō ſm̄ caput dr̄ criſpus non tm̄ ſm̄
caput dr̄ triangulat⁹ vel rotundus. quia
ꝑmū denoiatm̄ natū eſt denoiare ꝑtem
ꝛ per illā totū. 2m vero non. ita eſſe crea
torē natū eſt denoiare nām ꝛ ſuppoſitū
rōne nāe: non ſic creatura. Alr̄ poteſt
dici ſm̄ ꝑmā rōem poſitā ad q̄ōnem. ꝙ
creator non dicit aliq̄d repugnās nāe vl̄
huic ſuppoſito ſicut creatura. creare. n.
eſt dare eſſe ꝑma cālitate poſt non eē. h°
xp̄o non repugnat. creari eſt accipe eſſe
primū a ꝑmo efficiēte poſt non eē. hoc
xp̄o repugnat. Ad aliud cōcedo ꝙ hō
predicat aliq̄d de xp̄o ꝛ illud eſt creatū
ꝛ creata ita ꝙ de illa nā vere dr̄ creata
ſed non ſequit̄ ergo de xp̄o ſi. n. mediuz
accipit̄ in maiori in abſtracto. ꝛ in mio
ri dicat̄ de xp̄o in cōcreto erūt quatuor
termini. Ad aliud pōt dici ꝙ eſt hō cre
atus ita ꝙ ly creatus diſtrahat̄ ibi ꝑ h°
ꝙ eſt hō ut dicat̄ creatus hō. ꝛ tunc non
ſequit̄ ergo eſt creatura. ſed eſt fallacia
ſm̄ quid ꝛ ſimplr̄. ſicut hic ſoz. factus ē
albus ğ eſt factus. Alr̄ poteſt dici ꝙ di
uiſio eſt inſufficiēs. qz lʒ quodcūq̄ʒ vnū
diuidat̄ in ſe per alteꝝ iſtoꝝ non tm̄ qđ
in ſe iplicat duo. ſ. naturā ꝛ ſuppoſituz
qz rōne nāe repugnat ſibi vnū ꝛ ratōne
ſuppoſiti repugnat ſibi aliud. Ad aliō

dico q̄ quecū́q; quidditas in abſtracto
ptinens ad qḋcū́q; genus hʒ creaturaȝ
ꝑ ſupiori denoiatiue ſicut ⁊ hoc qḋ eſt
eſſe effectū.ſed non oīe ꝯcretū cuiuſcū́ʒ
generis hʒ creatū ꝑ ſupiori: ſed tm̄ illḋ
concretū cuius primū eſſe eſt eē illi⁹ de-
noiati.i. cuius primū eē eſt creatū ſʒ eē
ꝑmuȝ xp̄i non eſt creatū nec primū to-
tale nec primū ptiale ſicut eſſe creatura
non eſt ſupius ad eē albū ut ꝓpter hoc
dicat̄ ſoꝛ.eſt creatura qꝛ albedo ē creata
ſed ex illa rōe ꝑoꝛi.vñ licet de albedie di
cat̄ creatura non tn̄ de albo ſi albū nō ē
eſſe primū illius de quo dr̄. Ad aliud
pʒ q̄ dr̄ genitus ⁊ ꝯceptus qꝛ iſta nata ſit
denoiare totū ratōne nāe ita q̄ reſpectu
iſtoꝝ nā eſt ut quo reſpectu totius. non
ſic aūt reſpectu hui⁹ p̄dicati qḋ eſt eē cre
atura.opoꝛteret.n.q̄ ꝓpria deno iatiōe
diceret de ſuppoſito alia ab illa qua dr̄
de natura.aut ſaltem cōpeteret ſuppoſi
to rōne primi eſſe eius.

Secundo queri
tur vtꝝ xp̄s ſm q̄ hō ſit crea-
tura. q̄ ſic vr̄ qꝛ ſm q̄ hō eſt aliq̄d non
increatū qꝛ tunc hō p̄dicaret idē de xp̄o
qḋ deuſ quod eſt falſuȝ.ḡ predicat aliq̄d
creatū.ḡ ē creatura. Preterea 5°.phy.
qḋ ꝯuenit toti ſm pteȝ dr̄ de toto. ſicut
hō ſanat̄ qꝛ toꝛax ſanat̄.ḡ cū nāe hūane
ꝯueniat eē creaturā.hoc dicet̄ de xp̄o.et
maxie cū determiatōne illi⁹ nāe.ḡ ſilr̄ di
cet̄ q̄ xp̄us eſt creatura ſm q̄ hō ſic ſim
plr̄ veꝝ eſt dicē q̄ hō ſanat̄ ſm toꝛaceȝ.
Contra ſi ſm q̄ hō eſt creatura.ḡ ſm q̄
iſte hō qꝛ non eſt ali⁹ hō q̄ iſte hō. ſʒ ſi
ſm q̄ iſte hō eſt creatura iſte hō eſt crea
tura.ꝓbō ꝯñtie qꝛ de eo qḋ ſequit̄ redu
plicatōem abſolute pōt enūciari p̄dica-
tū.ſicut ſi hō ſm q̄ coloꝛat⁹ vr̄ coloꝛatū
vr̄.ḡ ſi ſm q̄ iſte hō eſt creatura v̄e iſte
hō eſt creatura.ꝯñs eſt falſuȝ qꝛ ſm Da
maſ.50.c.Iſte puer creauit ſtellas.ḡ eſt
creatoꝛ ⁊ ita non eſt creatura. Preterea
ſi xp̄us ſm q̄ hō eſt creatura.igr̄ ſimplr̄
eſt creatura.ꝯñs eſt falſuȝ ex p̄cedēti.q.
ꝓbō ꝯñe qꝛ qḋ enūciat̄ de ſuppoſito cū
reduplicatōe ipēi enūciat̄ ḋ eodē ſimplr̄
ſicut qḋ petrus eſt ingtuȝ hō ergo petr⁹
eſt ſimplr̄.ita in ꝓpoſito. igr̄. ⁊c̄.

Reſpondeo qn̄ ꝓpō affir
matia eſt fal
ſa ex repugnātia extremoꝝ q̄cū́q; deter
miatōe vel reduplicatōne addita q̄ non
tollit repugnātiā eoꝝ non tollit rōnem
falſitat illius.reduplicatio āt ꝓpꝛie ſū-
pta non diminuit alteꝝ extremū qꝛ eſt
determiatio extremi ad extremū.ḡ ipſa
non verificat aliq̄ ꝓpōeȝ que ſine redu-
plicatōe fuit falſa.tn̄ ſi addat̄ alri extrēo
ut p̄dicato aliq̄d diſtrahēs ipʒ ut diſtra
ctū non repugnet alteri extremo ſicut p̄
us repugnauit non diſtractū. pōt ꝓpō
cū tali determiatōe diſtrahēte eſſe vera
⁊ non ſine ea.ſic̄ ſi albū ſimplr̄ ꝛ̄pugnet
ethiopi ⁊ ꝓpter hoc erit hec ꝓpō falſa
ethiops eſt albus. ⁊ hec ethiops ingtū
hō eſt albus.addito tn̄ eo qḋ eſt ſm dē-
tes ad predicatū ꝑ qḋ diſtrahit̄ ipm pre
dicatū ⁊ tollit̄ repugnātia eius ad ſbm.
ꝓpō eſt vera que tn̄ ſine additōe nō fuit
vera. Ad ꝓpoſitū ſi ſm q̄ hō accipiat̄
ꝓpꝛie reduplicatie neutꝝ eoꝝ diſtrahr̄
⁊ ita non tollit̄ repugnantia ſiqua eſt.et
ita non magis eſt iſta vera. xp̄us ſm q̄
hō eſt creatura q̄ iſta.xp̄uſ eſt creatura
qꝛ vtrobiq; manet eadē rō falſitatiſ ſed
ſi addat̄ iſta determiatio.ſm q̄ hō. alri
extremo.puta p̄dicato ut diſtrahat ipʒ
reſpectu ſubiecti.tolleret̄ illa repugnan-
tia p̄dicati iam diſtracti ad ſubiectū q̄
fuit p̄dicati ſimplr̄ ſumpti ad ſubiectuȝ
hec ḡ ꝓpoſitio accipiēdo ſm q̄ ꝓp̄e vt ē
nō inherētie reduplicatōis p̄dicati.falſa
eſt.ſm aūt q̄ ſpecificat ſiue diſtrahit ip
ſuȝ p̄dicatū ut notet creatōem ſm quid
ſic pōt ꝯcedi q̄uis tn̄ ſit iꝓꝓa ⁊ expo-
nēda ꝑ iſtā. xp̄us ſm hūanitatē eſt crea
tura. Exemplū hui⁹ pʒ in illo exemplo
de ethiope ꝯparato ad albedineȝ.qꝛ ſic̄
iſta eſt falſa ethiops eſt albus, ita iſta

τ ethiops ſm q̄ habẽs dẽtes eſt albus. ſ3 q̄ ꝓpõ eſt ꝓprie reduplicatiua. iſta tñ ẽ vera ethiops eſt albus ſm dẽtes. τ hoc ſm q̄ habẽs dẽtes. ſi iſtud q̄ diſtrahat ꝑdicatũ. tñ ſic non eſt ꝓpa.

Ad argumenta

Ad pᵐ pncipale dico ꝯcedẽdo q̄ eſt aliq̄d τ põt cõcedi q̄ eſt aliq̄d creatũ ſ3 q̄ hõ q2 tũc diſtrahit predicatũ p ly ſm q̄ hõ. ſicut ethiops eſt albus ſm dẽtes. ſ3 tũc nõ ſequit ſimplr. g̊ xp̄s eſt creatura. ſicut nec alibi g̊ eſt albus ſed ẽ fallacia ſm q̄d τ ſimplr vel dici põt q̄ eſt aliq̄d icreatũ q2 aliq̄d ibi non ſtat tm̄ ꝓ nã ſ3 ꝓ denoiatiuo illius. ſ. nãe. illud aũt aliq̄d põt dici increatũ rõe ſuppoſiti qõ denoiat a nã. nec ſequit q̄ idẽ ꝑdicaret hõ de xp̄o qõ deus. q2 ut deus ꝑdicaret de ipſo xp̄o eſſe icreatũ p ſe τ eẽntialit. hõ aũt tm̄ denoiatie Ad aliõ dico q̄ ſi oppoſita poſſũt ineẽ ſm diuerſas ptes neutꝝ denoiat toᵐ ex vi ſmonis. ſed vtraq3 eſt falſa ſic p3 de ſcuto cᵘ vna medietas eſt alba τ alia medietas eſt nigra. falſu3 eſt. n. enũtiare ſiũ albũ ſiue nigrũ ſimplr. nec phy. 5° phy. curauit de logica ſed de ipſa realitate ſ3 q̄ aliq̄d dr̃ triplr moueri. Qñ tñ aliqõ ꝑdicatũ natũ eſt ineſſe toti p aliq̄ ptem quia. ſ. ſibi preciſe ineſt. tunc ex hoc q̄ denominat partem ſequitur q̄ denoiat totũ q2 denoiat ipm ſicut natũ eſt ipſu3 denoiare. quẽadmodũ viſio nata eſt in eſſe aiali ꝑciſe ſm oculos. τ iõ ſi ſ3 illos inſit de vtute ſermõis ineſt toti. ita ſi ſanari natũ eſt ꝑciſe vel pncipalr ineẽ hõi ſm toracẽ. hoc eſt ſm cor. qõ intelligo p toracẽ. põt ſic dici aial ſanu3 ſimplr. q2 torax eſt ſanuſ. ſi tñ ſm aliã ptẽ eque ſit natũ ineſſe hoc τ oppoſitũ ſm q̄ denomiat hãc ptẽ non dr̃ ſimplr aial ſanu3. q2 tũc duo oppoſita poſſũt ſil' denũtiari de eodẽ. Ita ad ꝓpoſitũ dico q̄ ſi creatura non eſt nata enũciari de toto rõne partis niſi forte illius ptiſ a qua totũ h3 eẽ primũ. vel rõe totalis eẽ totius. τ humanitas vel nã hũana in xp̄o non ſit ꝑmũ eſſe chriſti. nec eẽ totale eius nõ pot de xp̄o rõne nãe create enunciari hᵒ qõ eſt creatura. n3 ſimplr n3 cũ reduplicatione. Et ſi obijciat q̄ duo oppoſita cõcedunt eẽ vera de xp̄o. ſicut mortale τ imortale. paſſibile τ ipaſſibile. g̊ creator τ creatura. Dico q̄ ꝯdictoᵃ nũq̄ ꝯcedũtur eſſe vera de xp̄o ſicut nec de quocũ3 alio. q2 τ ſi rõne duaꝝ nãꝝ oppoſite ꝓprietates affirmatiue dicant de toto. q̄a ſufficit ad hoc q̄ affirmatia habeat aliquã cauſa3 veritat' ſm quã poſſit ineẽ ſubiecto tñ negatiue illaꝝ affirmatiaꝝ ſimul eidem ineẽ ſimplr eſt impoſſibile τ ita ꝯdictoria nũq̄ ſunt ſimul vera. immo ſicut eſt paſſibilis τ impaſſibilis. ita falſum eſt ipſu3 non eſſe paſſibilẽ. τ ſilr ipm non eẽ impaſſibilem.

Tertiõ queritur

Utꝝ xp̄us incepit eẽ. q̄ ſic vr̃. quia xp̄us noiat ſuppoſitũ duaꝝ nãrũ ſm Damaſ. c. xlix. ſed ſuppoſitũ duarũ naturaꝝ incepit eẽ. g̊ τc̃. Preterea quod incepit eẽ ſm eẽ ſubſtãtie incepit eẽ ſimpliciť. quia eẽ ſubſtãtie eſt eẽ ſimplr. xp̄s incepit eẽ ſm eẽ humanũ quod eſt eſſe ſubſtãtie. igr̃ τc̃. Preterea qõ generat incipit eẽ ſimpliciter. q2 ſm Ariſto. 5°. phy. generatio eſt a non eẽ ad eẽ ſimplr xp̄us generabať. igr̃ τc̃. Preterea vbu3 incepit eẽ homo. g̊ xp̄us incepit eẽ. pbatio ꝯñe. q2 qñ de aliquo dr̃ incipe determiatũ p aliquod predicatũ de illo toto dr̃ incipere. ſicut ſi ſoz. incipit eẽ albus. ſoz. albus incepit eẽ. g̊ ſilr in ꝓpoſito. Contra. Jo. viii. anteq̄ abraham fieret ego ſum. g̊ ab eterno. g̊ non incepit eẽ. Item Damaſ. c. 50. homo ille fuit ſine pncipio ſ3 incepto ponit principiũ. g̊ nõ incepit eẽ.

Hic ſunt duo conſideranda:

vnũ ex parte ſubiecti. aliud

ex parte predicati. ¶ Ex parte ſubiecti
an totū ens per accñs poſſit ſtare reſpe
ctu huius predicati rōne ſue voluntatis
an rōne partis formalis. an preciſe rōne
partis principalis. ſicut ſi ſor. albus di
cat incipere eē. vtrum ſubiectū poſſit ac
cipi reſpectu predicati pro toto ente per
accidenſ. an ꝓ ipſa albedine. ut. ſ. totuz
dicat incipere quia albedo incipit eē in
toto. vel ſolū poteſt accipi ꝓ ipſo ſubie
cto de quo dr̄ albedo. Et quia hec diffi
cultas non videt eē in ſubiecto reſpectu
alioꝝ predicatoꝝ ideo videtur eē diffi
cultas ex parte predicati vz an inceptio
enūciata per predicatū tale ſignificet in
ceptōnem totius ratione totalitatis ſue
vel ratione alterius partis. ꝛ ſi ratōe ꝑ
tis cuius partis: videt ꝙ de vi ſermonis
non poſſit reſpectu huius predicati ſub
iectū magis artari ꝗ reſpectu alteriuſ ꝑ
dicati. q̄a quod ponit in vno extremo
non determinat illud quod ponit in al
tero extremo. poſſet aūt reſpectu alteriꝰ
predicati accipi ſm rōem totalitatiſ ſue
ſiue ſm rōnem partis formalis. ut ſicut
ſi albedo faceret per ſe vnū cum homie
eēt hec per ſe primo modo homo albuſ
eſt coloratus. licet hec non eēt per ſe co
loratum eſt homo. queadmodū iſta eſt
per ſe ſcōo modo animal ratōnale eſt ri
ſibile. licet hec non ſit per ſe aliquo mō
animal eſt riſibile. Ita ſi chriſtus impo
natur ad ſignificandū verbum hominē
ſcōm Damaſ. xlvi. c. poterit de hoc ſub
iecto predicari aliquid vel ratōne totiꝰ
vel ratione partis alicuius. ſicut igit ſi
chriſtus ſcōm humanitatē eſt mortuus
chriſtus eſt mortuus. ita ſi ſcōm huma
nitatem incepit eē. chriſtus incepit eſſe
ita ꝙ ſi hoc predicatuz poſſit vere enun
ciari de hoc ſubiecto ratione illius ꝑtis
ſubiecti videt ꝙ ſimpliciter poſſit enun
tiari de eo. ¶ Reſtat ergo ꝙ totum ſit
ex parte predicati. vtrum incipere eē di
cat inceptionem ſcōm primum eē eius

de quo dicitur. vel ſcōm quodcunqꝫ eē
ſimpliciter illiuſ. quia ſi ꝑmo modo iſta
propoſitio eſt falſa ſicut ꝛ illa chriſtus
creatur. ſi ſcōo modo cum quodlibet eē
ſubſtātie ſit eē ſimpliciter. ꝛ chriſtus in
cepit eē ſcōm eſſe humanū quod eſt eſſe
ſubſtantie. chriſtuſ incepit eē ſimpliciter
ſcōm magiſ videtur eē de virtute ſermo
nis. quia ſicut eſſe 2m enunciat eē ſimpli
citer ꝛ non ex vi ſermonis: primum eē
illius de quo dicitur ſi ſubiectū habeat
plura eſſe ſicut chriſtus. Ita ꝛ incipere
determinatum per ſcōm eē videtur di
cere inceptionem ineſſe ſimpliciter non
autem in eſſe primo illius ſubiecti. ſim
pliciter ergo de vi ſermonis poſſet con
cedi: ꝙ chriſtus ſcōm ꝙ importat hoc
quod eſt verbuz homo. incepit eſſe hoc
eſt. habet aliquod eſſe ſimpliciter quod
prius non habuit licet illud non ſit pri
mum eſſe chriſti. ¶ Hoc modo etiam
poſſet cōcedi iſta propoſitio. iſte homo
incepit eē de ſubiecto nō determinante
ſuppoſitum. quia non in natura diuina
ſed ut in natura humana verū eſt enun
tiare inceptionem ſimpliciter illius ſub
iecti ita ꝙ non debeat concedi filius dei
incepit eſſe. ſicut chriſtus vel iſte homo
incepit eſſe. quia eſſe humanum eſt eſſe
ſimpliciter chriſti: vel iſtius hominis.
non autē eſt eſſe verbi ſimpliciter. quia
licz de verbo dicat eſſe ſimpliciter quia
eſſe ſubſtantie non tamen eſt eſſe ſimpli
citer verbi quia. reſpectu verbi eſt eſſe
quaſi aduenticium ꝛ. q. eſſe accidentis
reſpectu ſubiecti. non autez eſt ita aduē
ticium eſſe reſpectu chriſti vel reſpectu
iſtius hominis. ¶ Et ſi dicas ꝙ iſte ho
mo non poteſt ſupponere niſi pro ſup
poſito nature diuine. dico ꝙ verum eſt.
tamen poteſt ſupponere pro illo ut eſt
ſuppoſitum in natura humana. ſicut
ſortes albus ſupponit ꝓ ſuppoſito ſub
ſtantie tamē ut in albedine exñs. Sācti
tn̄ noluerunt concedere iſtam ꝓpōnem

ꝓpter hereticos qui dixerūt xp̄z ſimpliciter incipe q̄ntum ad ꝑmū eſſe: ponētes eū eſſe purā creaturā. ſed incipe eſſe nō importat hoc quod eſt creatura.

Argumenta patent

qꝛ ꝓcedunt ſm ꝙ de xp̄o rōe duaꝝ naturaꝝ dicunt ꝓprietates vtriuſqꝫ naẗe ⁊ ita rōne nature diuine ⁊ humane potuit ſimpl'r incipere.

Solet etiā que

ri. Circa iſtā di. xii. in qua mgr̄ agit de ꝯditōibus nāe aſſūpte querit vnum. vtrum. ſ. xp̄s potuerit peccare. ꝙ ſic. Joan. vii ſi dixero ꝙ non noui eū ero ſilis vobis mendax. ſed potuit dicere ⁊ dixit totā iſtā orōem ḡ potuit dicere partē. ḡ potuit dicere nō noui patrē ⁊ mētiri ⁊ per ꝯn̄s peccare. Preterea. iii. de li. arb. melior eſt nā que peccare pōt q̄ꝫ illa que peccare non pōt ſed xp̄us aſſūpſit nām noſtrā optimā i optimo ſui. igit̄ aſſūpſit eam ut potentē peccare. ḡ potuit peccare in iſta nā. Jtē qō quis pōt ſi vult pōt ſimpliciẗ. qꝛ ſm Aug. de ſpū ⁊ aīa. hoc eſt in ptāte hoīſ ut faciat ⁊ ſumit̄ ab Anſel. 2°. cur deus hō. c. i. vel. x. ſed xp̄us potuit ꝑeccare ſi voluit qꝛ velle peccare eſt peccare. ḡ potuit illud ſimpl'r. ḡ. ⁊c̄. Cōtra ſi potuit peccare ḡ potuit dānari. ꝯn̄s eſt falſuꝫ. ḡ ⁊ an̄s. ꝯn̄a eſt manifeſta. qꝛ ꝓpter pctm̄ q̄libet dānat̄ qui dānat̄. Jtē xp̄us ſemꝑ fuit beatus. ḡ non potuit peccare nec dānari. ꝯn̄a eſt manifeſta. qꝛ ꝑuatia oppoſita nō ſil' inſunt magis q̄ꝫ ꝯdictoria. qꝛ ſūt imediate oppoſita circa aptū natū.

Reſpondeo

hic ſunt due difficultates vna q̄uo beatus non pōt peccare. Alia q̄uo xp̄us cū eſſet viator potuit habere nām ipeccabilē cū beatis. Prim⁹ articulus ptinet ad 4ᵐ libꝝ. de hoc ibi.

De ſecundo dico

ꝙ cū xp̄us in ꝑmo inſtāti vnionis ei⁹ cū deo fuit beat⁹. ⁊ beatitudo abſtulit ſibi omnē peccabilitatē vel poſſibilitatē peccandi que pōt auferri ꝑ beatitudinē. licꝫ cū h° diſpēſatiue ſtaret ptās merēdi. plenitudo. n. glorie qua ipſe fuit ꝯiūctus fini non min⁹ q̄ꝫ alius beatus licꝫ potuit mereri eque excludit omnē ptātē in cōuertēdi a fine ſicut in alijs. Jlli tn̄ qui dicunt ꝙ ex vi vnionis neceſſe fuit nām vnitā frui haberēt cōſter dicere ꝙ nō ſolū ex plenitudine glorie fuit ipeccabil' ſed ex vi vnionis. hoc aūt improbatuꝫ eſt ſupra.

Ad primum argu-

mentū. dico ꝙ xp̄s potuit dicere ⁊ dixit totā illā orōem. ⁊ ꝑ ꝯn̄s ptē eius. qꝛ ibi eſt ꝯn̄a neceſſaria. ꝓferēs. n. illā ꝯditōalē ꝓfert vtrāqꝫ cathegoricā. ſed hoc fuit tantū mālit̄er dicē ſed nō potuit dicē. i. aſſerere illā ptē. qꝛ hoc non poterat eſſe niſi intellectus ei⁹ poſſet decipi ſi acq̄eſceret. vl' aī ſignū volūtarie ꝓlatū diſcordare a ſignificato quoꝝ neutꝝ pōt eſſe i ꝑfecte beato qꝛ vtrūqꝫ eſt ipfectōiſ. vnū moralis alteꝝ nālis. Ad 2ᵐ dico ꝙ nā quā aſſūpſit erat de ſe poſſibil' peccare. qꝛ nō erat beata ex vi vnionis ⁊ habuit li. arbi. ⁊ ita vertibile ad vtrūlibꝫ ſed ꝑ beatitudinē eſt ꝯfirmatū a ꝑ° inſtāti ut ſit ipeccabile ſic̄ beati ſt̄ ipeccabiles. Ad alteꝝ dico ꝙ illa maior ē falſa de vtute ſmonis qꝛ nōt vnā cathegoricaꝫ ſeq̄ ad vnā ꝯditōalē q̄ ꝯditōal' ē nccīa. ⁊ cathegorica ſequēs ē ꝯtingēs ⁊ ex nccīo n̄ ſeq̄t ꝯtingēs illa ꝯditōaliſ q̄ exiſtit i ꝯditōali totali ē nccīa. qꝛ an̄s includit ꝯn̄s. velle eni reſpectu h⁹ qō ē peccare icludit poſſe qꝛ velle nō tm̄ ē poſſe h° ſꝫ agē. ꝯn̄s āt ē ꝯtingēs qꝛ alicui nāe cōuenit: alicui nō. Si tn̄ iſta maior debeat aliq̄ mō vificari oꝫ eā exponere ut an̄s illius ꝯditōalis totalis habeat aliquā determiatōeꝫ ſine q̄ ꝯn̄s nō ſequit̄ ex eo. ⁊ dꝫ illa deteriatō eſſe iſta qō quis poteſt ſi vult ⁊ debꝫ vl'

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

poteſt illud velle poteſt ſimplr. ſine iſta
eni determiatōe non ſequit̃ ꝯñs. puta ſi
non poteſt hoc velle niſi ex ſuppone im
poſſibilis. qͦ aūt eſt poſſibile ex ſuppōe
impoſſibilis non eſt poſſibile ſimplicit̃
Sic aūt minoꝛ eſt falſa xp̄us potuit vel
le peccare quia ſicut non poteſt peccare
ita nec velle peccare .

PReterea ſcië

dum eſt. Circa iſtā diſ.
xiii. in qua mgr̃ determiat
de ꝓgreſſu xp̄i q̄tū ad eius ꝯuerſatiōez
ꝛ opatōem querunt̃ q̄tuoꝛ. Primo vtꝝ
chriſto potuerit cōferri ſūma gr̃a q̄ po
tuit ꝯferri creature. 2° vtꝝ de facto fu
erit collata aie chriſti ſūma gr̃a poſſibi
lis ꝯferri creature. 3° vtꝝ poſſibile fue
rit voluntatē aie xp̄i hr̃e ſummā fruitō
nē poſſibilē nāe create. 4° vtꝝ aia xp̄i
potuerit ſūme frui deo ſine ſūma gr̃a .

CIrca pmum

Arguit̃ ꝙ non aia chriſti non
poteſt eſſe ſummū gratificabile . qꝛ non
eſt ſumma nāe itellectual̃. igr̃ nec ſūmā
gr̃am potuit recipe. ꝓba͛ ꝯñtie. qꝛ nā in
tellectualis excellētioꝛ eſt capax maioꝛiſ
ꝑfectōis ꝛ excellētioꝛis: qꝛ capacitas per
fectōis eſt ſm gradū nāe ꝑfectibilis. Hic
dr̃ ꝙ aie xp̄i dabat̃ habitus quidaꝫ ſup
natural̃ per quē augebat̃ capacitas illi⁹
nāe ut ſic poſſit recipe maioꝛeꝫ gr̃am .
Contra nā excellētioꝛ fuit capax eiuſdē
habitus vel alteri⁹ ꝑfectioꝛis. ꝛ ꝑ iſtū eſ
ſet capax maioꝛiſ gr̃e ꝛ ita ſemp natura
excellentioꝛ eſt magis gratificabil̃ q̄ nā
iſta ſiue ex habitu ſiue ex ſe. ꝛ ita ſi pro
poꝛtio eſt ꝑfectibil̃ ad ꝑfectōem nūq̄ po
teſt iſta habere maximā gr̃am poſſibilē
cōferri creature . Preterea nec pōt ibi
ꝯferri ille habitus. qꝛ cū gr̃a ſit act⁹ pri
mus ſupnālis non preſupponit aliqueꝫ
aliū actū p̄euiū ſupernālem. Preterea
gratia quā aia chriſti potuit recipe ne
ceſſario eſſet finita ꝛ in certo gradu qꝛ i
facto eſſe ꝛ non in fieri. ſed vltra iſtum
gradū poſſet fieri gr̃a maioꝛ. ꝓbo. qꝛ ſi
intelligat̃ gratia in aliq̄ gradu maioꝛi n̄
ꝓpter hoc intelligit̃ infinita ſed finita .
gradus finitus non repugnat ꝑfectioni
creature. g̊ non eſt ꝯdictō fieri aliq̄d ꝑfe
ctiuſ iſto. ꝛ illud non eſſet aliq̄ foꝛma in
ſpē alia a gratia. qꝛ iſta ſpēs eſt ſupma
in ꝑfectōibus ſupnālibus . Preterea ſi
gratia aie chriſti eſſet in termio ut non
poſſet oio maioꝛ illa eſſe. aut hoc eſſet
ꝓpter rōeꝫ foꝛme in ſe : aut ꝓpter aliq̄d
ex ꝑte efficiētis: aut ſuſceptiui. Nō p̄mo
mō qꝛ ipſa eſt ꝑticipatio charitatis infi
nite ꝛ ita pōt in infinitū creſcere añq̄ ꝯ
ueniat ad charitatē quā ꝑticipat . Nec
2°° qꝛ efficiēs eſt infinitū. Nec 3° mō qꝛ
foꝛma recepta ſemp ampliat capacitatē
recipiētis qꝛ charitaſ dilatat. Preterea
ſi poſſet hr̃e gratiā ſummā creabilē tūc
poſſet haber̃ gratia cui nulla eſſet equa
lis. ꝓbatio ꝯñe qͦ ꝑ ſuphabūdantiā dr̃
vni ſoli ꝯuenit. 5. thopicoꝝ. ꝯñs ē falſū
qꝛ poſſet deus aliā nām hūanaꝫ equalē
vel angelicā nām aſſumere ꝛ ei cōferre
equalē gr̃am. ¶ Cōtra iſta nā potuit aſ
ſumi ad ſummā vnionē q̄tum ad eſſe. g̊
q̄tū ad opari. ſūma vnio quātū ad op
ari non eſt niſi ꝑ ſummū habitū gratie
que eſt p̄ncipiū opandi. g̊ ꝛc̄. Preterea
nāe intellectuali ꝯuenit ꝙ ſit capax gr̃e
inquantū imago dei. ſed iſta natura po
tuit eſſe ſūme imago dei. g̊ ſūme capax
gr̃e: g̊ potuit ſibi ꝯferri ſūma gr̃a.

SEcundo queri

tur de facto. an iſti aie fuerit
collata ſumma gratia que potuit crea
ture ꝯferri. ꝙ non. quia xiii. de tri. dicit
Aug. ꝙ beatus eſt qui habet q̄cq̄d vult
ꝛ nihil mali vult. hoc nō tm̄ intelligit̃ ꝺ
velle actuali qꝛ tūc aliq̄s ſanctus in via
poſſet eſſe beatus ꝓ aliquo inſtāte qꝛ ꝓ
illo pōt habere q̄cq̄d vult: ꝛ tunc nihil
actualit̃ mali vult. g̊ intelligit̃ de poſſe
velle. ut. ſ. bēat q̄cq̄d pōt recte velle. pōt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

aut michael rette velle hr̄e tantā grām q̄te nāe eius eſt capax: q₂ velle liber₂ ſp eſt rectū qn̄ ꝯformat voluntati nāli que ſemp eſt recta volūtas aūt nālis michaelis eſt ad tantā grām q̄te nature ei⁹ eſt capax. nā aūt aie chriſti non eſt ita excellens nec p ꝯñs tante gr̄e capax. ḡ ipſa de facto mō non h₃ tantā grām q̄tā h₃ michael: ſi michael eſt beatus. Preterea non eſt ponēda tāta gr̄a in aia chriſti niſi q̄ta requirit ad beatitudinē illius aie. ſed pfecte beatificat ſi tota inclinatō ei⁹ nālis termiet. pōt aūt pfecte termiari ⁊ ſi nō habeat ſūmā grām creabilē. cū nō hēat ſummā inclinatiōe₂ ad illā cū non habeat ſummā nām. exēplū h⁹. aqua q̄etaret ⁊ ſi non eſſet in cētro q₂ nō hab₂ ſummā grauitatē. Preterea ſūma nā non eſt facta ḡ nec ſūma gr̄a. añs pbat q₂ quacūq₃ nā facta poſſibile eſt alterā excellentiorē fieri q₂ illa poſſ₃ eſſe finita ꝯña pbat q₂ ordo vniuerſi mag ꝯſiſtit in ſpēbus q̄ꝫ indiuiduis. q₂ magis attendit pfectio vniuerſi ſm ſpēs q̄ꝫ ſ₃ indiuidua. ḡ ꝯueniēti⁹ vr̄ eſſe factā ſūmā nām que differret ab alijs nāis ſm ſpē₂ q̄ꝫ ſupremā₂ grām eſſe factā que differret ab alijs grīs ſm nūer₂ tm̄. Cōtra Aug. in. xiii. de tri. c. xix. ſūma gr̄a in rebus p tpus ortis eſt. Preterea Jo. i. vidimus glīam eius. q. vnigeniti a pr̄e. h⁹ eſt q̄ſis decet vnigenitū illa eſt ſūma poſſibilis dari. ḡ. Preterea. Jo. iii. non datur ea ſpūs ad menſuram intelligit de xp̄o. Et ibidē de eius plenitudine nos oms accepim⁹. gr̄a non ad mēſurā eſt gratia ſumma poſſibilis. plenitudo ēt que pōt pticipari ab oi alia gr̄a ſm aliquē gradu₂. non videt eſſe niſi in ſūma gr̄a. Item mgr̄ in lr̄a. credendū eſt deū tantā gra₂ ꝯtuliſſe illi aie quātā₂ potuit ꝯferre. tantā aūt potuit cōferre quantū potuit creare ut pbabitur. ḡ. ꝛc.

Tertio queritur

vtr₂ poſſibile fuerit volūtate₂ aie chriſti habere ſummā fruitōem poſſibilē nāe create. q̄ꝫ non ſic pbat. volūtas elicit actū merendi ḡ ⁊ fruēdi. q₂ alias n̄ ſm actū eiuſdē potētie mereret aliquis ⁊ frueret. volūtas aūt aie xp̄i non poteſt habere ſummā rōem actiui in eliciendo actū merēdi q₂ non pōt hr̄e ſūmā vtutē actiuā que ꝯſequit ipam nām intellectualē liberā. ḡ non pōt ſūme frui. Preterea ſi tanta gr̄a eſſet data angelo q̄ta eſt data aie xp̄i cū iſta volūtas angeli ſit pfectior. cauſalitas eius actiua eſſet pfectior q̄ꝫ cauſalitas actiua volūtatis aie chriſti. ⁊ reliq cā ptialis eſſet eq̄lis vtrobiq₃ ḡ totū hoc. ſ. volūtas angeli cū tāta gr̄a poſſet in maiorē actū fruēdi q̄ꝫ volūtas aie xp̄i cū tanta gr̄a. q₂ vna cā ptiali exiſtēte eq̄li. ſi reliqua ē maior pōt ſeq̄ perfectior effectus. Cōtra poſſibile eſt illā aiam habere ſūmā grām. ḡ ſummā fruitiōem. ꝯña pbat. q₂ actus nālit elicitus ab aliqua forma equat i pfectiōe illi forme. fruitio eſt act⁹ ſupnālis ⁊ p ꝯñs elicitus a cā ſupnāli que eſt gr̄a. ⁊ p₃ q̄ꝫ nālit q₂ gr̄a non eſt formalr̄ libera. ḡ ſm q̄titatē gr̄e poteſt eſſe q̄titas fruitōis.

Quarto queri

tur vtrū aia xp̄i potuit ſūme frui deo ſine ſūma gr̄a. q̄ꝫ non. q₂ gratia requirit ad actū meriti in via ḡ ad actū fruitōis in patria. pbatio ꝯñe. q₂ qn̄ aliqua forma requirit ad aliquā opatōem ppter impfectiōem alteri⁹ cauſe ptialis reſpectu illius opatōis. tanto magis requirit q̄to opatio eſt excellentior. ſ₃ gr̄a requirit cū volūtate ppter excellentia₂ in actu merēdi. ḡ mag requirit ad actū fruitōis qui eſt excellētior. Preterea alioq̄n poſſet aliq̄s eſſe ſumme beatus ſine charitate q₂ poſſet ſūme frui. Preterea ſicut ad opari nāliter req̄rit eſſe nāle ita ad opari ſupnāliter requirit eſſe ſupnāle. ḡ ⁊ ad ſummū opari ſummū eſſe illud eſſe ſummū hr̄ p grām ſummā. ḡ ꝛc. Contra. non ſe habet ſūma gr̄a re-

ſpectu fruitionis in aliquo genere cauſe
niſi efficiẽtẽ pꝫ diſcurrẽdo. ſed quicquid
deus pōt facere p cām efficientē mediā:
pōt facē ſine ea. g̃ ſūmā fruitōez quā pōt
facē mediāte ſu͡a grā pōt facē ſiñ ea g̃ ꝛc̃

Ad primam queſti

onē dico ꝙ ſummū pōt accipi dupliciẗ
vno° poſitiue per excedentiā ad oia alia
alio mō negatiẽ p non excedi ab aliquo
alio. 2°° poſſunt eſſe multa talia ſic̃ ſunt
multa generaliſſima quoꝝ q̄libet non
habet genus ſupius. p̄mo° loquẽdo di
co ꝙ deus non potuit cōferre aīe chriſti
ſummā grām poſſibilē. qꝛ pōt creare eq̃
lem. potuit. n. ꝛ pōt aliā nām equalem
iſti aſſumē ꝛ eq̃lē grāz ſibi daȓ. 2°° dico
ꝙ ſūmā gr̃āz creabilē potuit daȓ huic aīe
Ad qō oñdendū ꝓbo duo. p̄mo ꝙ ſū͡a
grā iſto mō potuit creari ſil̕ vnica crea-
tōe. 2° ꝙ potuit ꝯferri creature. Primū
ꝓbo ſic. accepta aliq̃ grā determiata in-
fima. puta. a. quero aſcẽdendo aut ē ſta
tus ad aliquā ſupmā. ꝛ hȓ ꝓpoſitū: aut
non. ſed poteſt ꝓcedi in infinitū. ꝛ tunc
ſequiẗ ꝙ q̃to aliqua magis excedit a. tā
to eſt pfectioꝛ ꝛ p ꝯñs illa que in infini-
tū excedit eſt in infinitū pfectioꝛ. ꝛ ita in
ſe erit intenſiue infinita. ꝛ cū ipſa videa
tur ab intellectu diuino ſicut vnū crea-
bile poteſt vna creatōe creari. ꝛ ita p̄ter
hoc ꝙ inferẗ impoſſibile. ſ. ꝙ ſit grā ſic i
finita habeẗ ꝓpoſitū: qꝛ iſta grā poſſit
vnica creatiōe creari. ſicut ab intellectu
diuino vȓ vt vnū creabile. Ab iſta rō
ne habẽt euidentiā ſuā alie due rōes q̃ꝝ
vna accipiẗ a phy. 3. phiſi. de infinito. ꝙ
quantū ꝯtingit eſſe in potētia tm̃ ꝯtigit
eſſe in actu. ꝛ ita non eſt ꝓcedere in infi
nitū in potētia eūdo ad formā. ꝛ iō ne-
ceſſe eſt in forma quātūcūq; pfecta po-
nere terminū qualitercūq; poſſibilem.
Sed cōtra illā ꝓpōem inſtaẗ qꝛ poſſibi
le eſt in nūeris ꝓcedere in infinitū in po
tētia. nullus tñ nūerus eſt actu infinitus
g̃ hic non tm̃ ꝯtingit eſſe in actu q̃tū eſt
in potentia. Rñdeẗ ſm Auerro. ꝙ ap-
pō in nūeris eſt ſm diuiſionē ꝯtinui. in
diuiſione aūt ꝯtinui ꝓcediẗ ad mām. et
p ꝯñs nūeri creſcūt ex ꝓceſſu ad māz ſꝫ
ꝯtinuū creſcit ꝛ augeẗ eundo ad formaz
in ꝓceſſu aūt ad formā neceſſe eſt eē ſta
tū. non aūt in ꝓceſſu ad mām. ꝛ iō in q̃
titate ꝯtinui eſt ſtatus in mai⁹ non autē
in multitudīe nūeroꝝ ſicut nec in diuiſi
one ꝯtinui in minus. Sed ꝯ͂ hoc ſi qui
libet numer⁹ eſt p ſe vnus. g̃ quilibꝫ nu-
merus habet ꝓpriā formā. g̃ ꝓcedendo
ad quēlibet numeꝝ maiorē eſt ꝓceſſus
ad formā ꝓpriā includentē virtualiter
formas precedētes. g̃ non eſt ꝓceſſus in
infinitū etiā in nūeris. Dico ergo ꝙ rō
phi ibi non concludit niſi de quāto mo
lis. ſm quā quātitatē q̃tū ꝯtingit eſſe i
potentia tantū cōtingit eſſe in actu. im-
mo tantū eſt in actu quia non contigit
quantū creſcere ſm eum. niſi per hoc ꝙ
partes ablate ab vno continuo per diui
ſionē apponantur continuo alī creſcen
ti ꝛ ita cum partes ille nunq̃ poſſint ex
cedere totum diuiſum nec totū q̃tū cui
ſit appoſitio poteſt eſſe maius niſi ſm
q̃titatē continentē q̃titates diuiſi ꝛ eius
cui facta eſt appoſitio. ꝓbabilitas dicti
phy. eſt: quia ſm eum agens naturale ſi
ne cuius actione nihil poteſt eſſe nouū
non poteſt q̃tuꝫ aliqō maiorare niſi ac
cipiat ab alio q̃to aliquam particulam
apponēdo illi q̃to. Sed ſm theologos
loquendo de potētia diuina poteſt eſſe
aliquod q̃tum maius in potentia q̃ ſit
in actu. quia deus poteſt maiorare ali-
quod q̃tum non apponendo partes ab-
latas ab alio q̃to. Ad hoc ergo ꝙ dcā
propoſitio phi applicetur ad q̃ta virtu
tis oportet habere aliā probatiōem phi
ꝛ non eſt alia ibi probatio niſi ꝙ in qui
buſcūq; permanentibus ſicut poteſt ali
quid inferius eſſe vnū factibile vnica fa
ctione. ita ꝛ quodcunq; infinitorum ſi
eſſet factibile eſſet factibile vnica factio
ne. ꝛ ita poſſet fieri ſummum. ꝛ tamen

eſſet infinitū ſi eſſet ꝓceſſus in infinitū ex hoc ergo ꝙ charitas vel gratia ē qō-dam ꝑmanens etiā ſᵐ quecūqꝫ graduꝫ ſequit ꝙ ſi ꝓcedat in infinitū qlibet graduū factibiliū erit per ſe factibilis. ⁊ ita ꝙtācūqꝫ ꝯtingit eſſe in potentia ꝯtingit eſſe ſimul in actu poſſibilitas ad talem vel tantā formā non eſt poſſibilitas ad aliqd tm̄ in fieri ſed ad aliqd in facto eē ⁊ iſtū intellectū tāgit ꝯmētator alibi ꝙ omnes potentie que ſunt in maioratiōe ꝙtitatis ſunt vnius potētie determiate hoc eſt. ē vna potētia ad ſupremū actuꝫ in quo ꝯtinent omnes actus ad quos ſi ille multe potentie quaꝝ vna reducitur in actū poſt aliā. ſed in diuiſione ꝯtinui potētie multe non ſunt ꝑtes vnius potētie demōſtrate vel determiate. i. non eſt ibi aliqs vnus actus in quo ꝯtineantur omnes actus terminātes potētias ordi-nate reducibiles ad actū. ⁊ iō dicere ſūt ꝑtes vnius potētie demōſtrate. tm̄ valet ſicut dicere in quibuſcūqꝫ actibus ordi-natis quilibet actus ſᵐ quecūqꝫ gradū eſt ꝑ ſe factibilis. ibi ſupremū in potētia poteſt ſimul eſſe in actu qꝛ vnica potentia poteſt reduci in actū. in qbus auteꝫ naturis eſſe tm̄ in fieri ſunt multe potē-tie ordinate. non poteſt aliqd vnū ſum-mū poſſibile dari in actu. ꝙtū ꝯtigit eē in potentia. ſed vltra quodlibet factibile in fieri poteſt fieri aliqd maius lꝫ non vnica factōe. Alia rō ponit ad ꝯclōnē iſtā talis. ꝙtācūqꝫ charitatē deus poteſt creare tantā poteſt creare: ſubiectū iclu-dit predicatū. ponat ḡ ineſſe ꝙ tantū creet ꝙtaꝫ poteſt creare. ḡ non pōt maiorē creare. habet ḡ ꝓpoſitū ꝙ ſūma creabil' poteſt creari. Hec rō declarat ſic. ꝙ ꝑ-ma ꝓpō poteſt eſſe ypothetica ꝯditioāl vel cathegorica de cōditionali ꝑdicato ꝑmo mō eſt neceſſaria. qꝛ aīs includit ꝯn̄s. ſi tātā pōt tantā pōt. ⁊ hoc modo debet poni in eſſe ita ꝙ tam aīs ꝙ ꝯn̄s ponat in eſſe qꝛ ſi ꝯn̄s ponat i eſſe ⁊ nō aīs fit fallacia ꝯn̄tis. non. n. oportet ꝙ ad qō ſequit ꝯn̄s ad idē ſequat aīs. illa aūt de ineſſe eſt aīs ad illam de poſſibi-li. deberet ergo ꝓpō ꝑma ſic poni in eſſe ꝙtam creat tantā creat. Si aūt accipiat 2° mō ut eſt cathegorica de ꝯditōato ꝑ-dicato iſte eſt ſenſus. poteſt creare tantā ꝙtā poteſt creare. i. poteſt creare ſūmaꝫ creabilē. ⁊ ſi notet potentia vnica modificans ꝯpōem ꝓpoſitio non eſt vera de forma. nec ſic ſubiectū includit predicatū qꝛ predicatū eſt ſpecificatū ꝑ illā de-minatōem que non eſt ꝑ ſe nō ineſſe ſb-iecto. ſed tm̄ eſt vera gr̄a mā̄e qꝛ in per-manētibꝰ ꝙtūcūqꝫ ꝓcedat ſnmmū poſ-ſibile eſt ita factibile vnica factōne ſicut quodcūqꝫ aliud ⁊ ita ille due rōes tātū habent euidentiā ex ꝑma. 2ᵐ qō mag eſt ad ꝓpoſitū ſupponendo ꝙ ſūma gr̄a poſſit vnica actōe creari ꝓbo ꝙ iſta poſ ſit ꝯferre aīe chriſti. ꝑmo qꝛ ſubiectū re-ceptiuū accn̄tis ꝯueniētis gradus quod non determiat ex ſe ad aliquē graduuꝫ. poteſt ꝙtū eſt ex ſe recipe illud accn̄s ſꝫ quecūqꝫ iſtoꝝ graduū. aīa eſt tale ſubiectū reſpectu gr̄e. ḡ pōt ꝙtū eſt ex ſe reci-pere quecūqꝫ gradū gr̄e. maior declarat per oppoſitū. iō. n. aqua non poteſt quē cūqꝫ gradū caloris recipe qꝛ calor eſt accidēs diſcōueniēſ aque in aliquo gradu ⁊ aliquis eius gradus non poſſet eſſe in aqua manēte aqua in ſui natnra. ſed oꝫ aquā corrūpi. iō etiaꝫ aer cui calor non eſt accn̄s conueniens nō poteſt quecūqꝫ gradū caloris recipe qꝛ ex nā ſua deter-minat ad certū gradū caloris habendū ita etiā eſt de mixtis. ſed qn̄ accn̄s eſt habens gradus ⁊ ꝯueniens ſubiecto ⁊ non determinat ſubiectū ad aliquē graduꝫ certū habendū non vr̄ quare nō poſſit ſibi quicūqꝫ gradus ineſſe. qꝛ non inue-nit ꝯdictio ⁊ vbicūqꝫ non inuenit ꝯdic-tio illud ponit abſolute poſſibile. Preterea ſuſceptiuū forme habentis graduſ cui nullus repugnat poteſt quelibet re-cipe aīa ſic ſe habet reſpectu gratie ꝓbo ſi alicui ſuſceptiuo ꝙtū tale ꝑ qō exclu

diſ quelibet rõ acti ꝯcomitãs. repugnat
aliqͥs gradus gratie. repugnat ⁊ cuilibet
eiuſdẽ rõnis qꝛ quodlibet capax gratie
eſt capax ut eiuſdẽ rõnis. ꝑ ſcõam rõem
ħ. nullus aũt gradus gratie repugnat cu
ilibet ſuſceptiuo. ğ nec alicui. Rñdeſ ꝙ
maioꝛ gradus repugnat habẽti minorẽ
capacitatẽ. negaſ ğ mioꝛ. ſilr negaſ ꝯña
ꝓbans eam. ſed bene ſequiſ ſi alicui tãte
capacitatis repugnat ğ repugnat cuilibꝫ
equalis capacitatis. non aũt cuilibet eiꝰ
dẽ rõnis ſed inequalis capacitatis. Exẽ
plũ ſi ſuꝑficies corpus ꝯtinet. ğ quelibꝫ
qõlibet non ſequiſ. ſed maior maius et
minoꝛ non eſt capax tãti coꝛpis ⁊ tñ eſt
eiuſdẽ rõis. Et tunc ad tertiã rõem que
eſſet ꝯ iſtud õ primis extremis ꝓportõ
nis. Rñº forma ⁊ ſubiectũ ſunt extrema
adequata ꝓportõaliter accepta aliter ñ
ſicut ſubiectũ tante capacitatis ⁊ forma
tanti gradus ⁊ infra. Si ꝓbeſ per ſuꝑfi
ciẽ ad colorẽ vel per mãꝫ primã ad om
nẽ formã mãlem. Rñº ſi equalitas capa
citatis non ſit in angelo ⁊ aia. nec tamẽ
dñia excedit dñiam ſed rõ generis q̃ cõis
eſt ſub differẽtijs. ⁊ ita magis ⁊ minꝰ ca
pax eiuſdẽ rõnis eſt. lꝫ dñia ⁊ dñia ſit al
terius rõis. Preterea angelus ⁊ aia cõ
paranſ ad grãm ſm eandẽ rõem recepti
ui. qꝛ ipa ut recipiſ eſt forma eiuſdẽ rõis
⁊ ita recipiẽtia iqͣtũ recipiũt ſũt eiuſdẽ
rõnis. exemplũ ſicut albedo eſt eiuſdem
rõnis in lapide ⁊ ligno. ita iſta ut ꝯpanſ
ad albedinẽ non ſunt alteriꝰ rõnis. imo
accidit eis eſſe alteriꝰ rõnis ut recipiunt
formã eiuſdẽ rõnis. grã aũt aie ⁊ angeli
eſt eiuſdẽ ſpẽi alioqn vna vniuerſaliꝰ ex
cederet aliã. ⁊ ita ois grã aie eſſet maioꝛ
quacũqꝫ grã angeli vel ecõuerſo: vtrũꝫ
eſt falſum. ğ ambo iſta ꝯpanſ ad grãm
non ut ſba alterius rõnis. ſed iſta alteri
tas accidit eis ut recipiũt tſe accñs. ⁊ ita
qͣtam põt recipe angelus tantã põt aia
recipe. ſummã aũt creabilẽ põt aliqͥs an
gelus recipe. ğ ⁊ aia. ğ ⁊ iſta aia. Preteꝛ
ea qñ inter aliqua extrema cõia eſt pro

portõ ut inter ꝑma extrema illius ꝓpoꝛ
tionis. ipſe eſt inter quecũqꝫ ꝯtenta ſub
altero extrẽo. exm calefactiũ ⁊ calefacti
bile ſunt ꝑma extrema fundata ſuꝑ ha
bẽs calorẽ in actu ⁊ in potẽtia. In qͥbuſ
cũqꝫ ğ inueniunſ iſte rões actualiter ca
lidi ⁊ potentialiter calidi. illis põt ineſſe
talis ꝓportio. ſed prima extrema huius
ꝓportõnis ꝑfectio ſuꝑnãlis ⁊ ꝑfectibile
ſuꝑnãle ſunt grã qͣtuꝫ ad ꝓpoſitũ ⁊ nã
intellectualis. ğ in quibuſcũqꝫ ꝯtẽtis ſb
alterutro extremo eſt ratio iſtuis ꝓpoꝛ
tionis. ⁊ ita quecũqꝫ grã põt eſſe ꝑfectõ
cuiuſcũqꝫ nãe intellectualis. exemplum
ad hoc ſi coloꝛ ſe habeat ad ſuꝑficiẽ pº
ut ꝑfectio ad perfectibile ⁊ non determinẽ
ex nã alterius extremi ad aliqͥd inferius
ut ſit extremũ ꝓportõis quelibet ſuꝑfi
cies põt perfici a quocũqꝫ coloꝛe ꝙ ſi ex
trema determinenſ aliũde. puta ꝙ ſuꝑfi
cies vñ talis ſubſtãtie. ſ. lapidis fiat deter
minatũ extremũ talis coloꝛis tũc iſta ſu
ꝑficies ñ põt recipe quẽcũꝫ colorẽ qõ ñ ẽ
ex ꝑte eius qua ꝑfectibile eſt ſed inqͣtuꝫ
illud cuius eſt determiat ſibi certã ſpẽꝫ
vel certũ gradũ coloꝛis. ſed ſi abſolute
cẽt ꝑfectibile ⁊ reliquũ ꝑfectio quelibet
poſſet ꝑfici a quocunqꝫ gradu.

Hic iuxta primum

mẽbꝝ diſtinctõis. ſ. exponẽdo ſuꝑlatiũ
poſitiue eſt vnũ dubiũ. vtꝝ de potentia
oꝛdinata dei poſſꝫ fieri alia grã equalis
iſti. ⁊ vꝛ ꝙ non qꝛ nulla alia nã poſſꝫ eẽ
caput habentiũ grãm. qꝛ non poſſũt eẽ
duo capita ſicut nec duo ſuꝑma in eodẽ
oꝛdine. Silr ſi poſſet dari alicui aliꝗ
tanta grã. ğ poſſet tm̃ ꝓficere in meritis
ꝙ poſſet tm̃ mereri. quod vꝛ abſurduꝫ.
Hic poſſet dici ꝙ lꝫ deus de potentia ab
ſoluta poſſet tantã grãm cõferre aliꝗ na
ture ſiue aſſũpte ſiue forte non aſſũpte
non tñ de potẽtia oꝛdinata. qꝛ ſm leges
iã poſitas a ſapientia diuina non erit ni
ſi vnũ caput in eccleſia a quo ſit influẽ
tia gratiarum in membris.

Quātū ad ſecundā
queſtionē de facto. ꝓbabile eſt dicere ſꝫ
mgr̄m ꝙ deus tantā grām ei ꝯtulerit ꝙ̄
tam potuit. potuit aūt ex ꝑcedēti. q. cō
ferre ſummā grām creabilē ꝯ ꝛc. In cō
mendādo. n. xp̄m malo excedere ꝙ̄ defi
cere a laude ſibi debita. ſi ꝓpter ignorā
tiā oporteat in alterꝫ incidere. ¶ Cōfir
maſ iſta rn̄ſio per illud Aug. 3. de li. ar.
quicq̄d tibi vera rōne melius occurrit.
ſcias hoc deū magis feciſſe ꝙ̄ non feciſſe
vr̄ autē ſimplr̄ melius ſm rectā rōnem
ſummā grām eſſe alicui collatā ꝙ̄ nō eē
collatā. qꝫ in hoc manifeſtaſ ſūmū miſe
ricordia dei in dando ſūmū bonū grē ſi
ne meritis. igr̄ ꝓbabile eſt hoc eē factuꝫ
ꝛ non in alio ꝙ̄ in aīa xp̄i. ꝯ ꝛc.

Ad argumenta iſtarū queſti
onū. Ad primū dr̄ ꝙ licꝫ non ſit ſūme
gratificabile qꝫ tñ vniſ ꝑſone vbi ex hac
vnione ampliaſ eius capacitaſ ut poſſit
recipe ſummā grām quā non poſſet re
cipe ſi non eſſet aſſūpta. Contra hᵒ qa
circa iſtā naturā nihil poniſ abſolutum
nouū per iſtā vnionē qꝫ ipaꝫ vniri ver
bo non dicit niſi ſpēalem dependentiaꝫ
eius ad verbū. ſicut ergo manet nā ꝙ̄tū
ad omnia abſoluta. ita ꝛ eandē habens
capacitatē. Preterea ſi angelus fuiſſet
aſſūptus habuiſſet ex vi aſſūptiōis ma
iorē capacitatē ꝙ̄ nunc hꝫ ꝑ ſe. ꝛ ita tm̄
aucta fuiſſet vltra capacitatē nālē eius
ꝑ aſſumptōem: ꝙ̄tuꝫ modo nā aſſūpta
aucta eſt ꝑ vnionē ex pte aīe vltra ſuaꝫ
capacitatē nālem vel plus. ꝛ ita illa nā
poſſet cape plus de grā ꝙ̄ modo aīa xp̄i
Poteſt dici breuiter ꝙ quodcūꝙ grati
ficabile capax eſt impotentia obedienti
ali ꝙ̄tecūꝙ grē qꝫ reſpectu huius accn̄tl
ꝑ accn̄s ꝛ tñ ꝯueniētis non hꝫ vñ deter
mineſ ad certū gradū neꝙ iſtud induci
tur ꝑ aliꝙ̄ alteratōem paſſi vel ab agen
te nāli ſed tñ ſm ꝙ abſolute ſubiectum
abſolute eſt capax ꝛ deus pōt imprimer

illa ꝯ ꝓpō ꝙ proportio eſt ꝑfectōnis ꝛ ꝑ
fectibilis. ſi intelligaſ ſm ꝓportōem ꝑci
ſam. ſ. ꝙ ꝑfectius ꝑfectibile capax eſt ma
ioris ꝑfectōis falſa eſt. imo totū ꝑfectibi
le in cōi reſpicit totā ꝑfectiōem in cōi et
qōlibet ꝙ̄libet. habet tñ iſta ꝓpō ꝓba
bilitatē de ſubiectis ꝛ accn̄tibus nālibꝰ
que cāntur ex eis. qꝫ ſm ꝑfectōnem cāe
actiue totalis eſt perfectō effectus. nullā
tñ ꝓbabilitatē habet de formis ſbalibꝰ
ꝛ mā. qꝫ aliqñ recipiſ forma ꝑfectior ip
fectibili imꝑfectiori qꝫ dat ſimplr̄ perfe
ctōem maiorē ꝛ ꝑorē. Sed nō oꝫ hic in
ſtare de mā ꝛ forma ſbali: qꝫ hic ē ſmo
de ſubiecto ꝛ accn̄te. ſꝫ tm̄ hic inſtandū
eſt ꝙ ꝓpter accn̄talitatē talis accn̄tis nl
lam rōnem hꝫ terminādi ad talē gradū
¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ aut itelligit ꝙ vltra iſtā
gratificabilitatē poſſit fieri aliqs alius
gradus aut aliquis gradus in nā ꝑfectō
nis ſupnālis. maior licet ſit vltra ſpēm
grē. aut abſolute aliqs gradus ſupior.
Si ꝑmo modo dico ꝙ non pōt imo in
cludit ꝯdictōem qꝫ grā iſta eſt in termio
Et cū dr̄ ſi intelligaſ gradus finitus ſibi
addi non erit infinitaſ Dico ꝙ erit incō
poſſibilitas qꝫ aliqō finitū intelligibile
pōt repugnare aliꝙ̄ finito intelligibili. ſic
ſi intelligaſ albū addi nigro in aliꝙ̄ ꝑfe
ctōe hic vtrūꝙ ꝯponēs eſt finitū ꝛ tñ ni
hil tale eſt factibile qꝫ ipa que intelligūt
ꝯponi ſm intellectū includentē ꝯdictoᵃ
ſunt incōpoſſibilia. vñ in talibus non
valet poſſum hoc intelligere. ꝯ hoc pōt
fieri qꝫ non eſt infinitas. hoc. n. nō eſt in
telligibile niſi ſm ꝙ intellectus eſt in ſe
falſus ꝛ hoc includit ꝯdictōnem. ꝛ licet
ſic intellectū non ſit infinitū. tamē habꝫ
aliꝙ̄ incōpoſſibilitatē ꝛ repugnantiā in
ſe. Si 2ᵒ modo intelligatur tunc ponen
do grām eſſe ſummā ꝑfectōnem diceret
eodē modo ꝙ intelligēdo aliquem gra
dum ſuperiorē gratie in genere perfectō
nis ſupernaturalis. eſt tūc intelligere cō
tradictoria. ſicut aliquē colorē eē ſuper
ſummū album. ſi tñ charitas vel gratia

non ſit ſūma ꝑfectio ſupernaturalis ſed fruitio poteſt concedi ꝙ vltra ſummuꝫ gradū charitatis poteſt fieri gradus ſuperioꝛ vltra illā ſpēꝫ ſicut gradus fruendi. Si 3° modo intelligat̄ poteſt dici ꝙ extra totū genus qualitatū nobiliſſimarū quales ſunt iſte perfectōnes ſupnaturales poteſt poni quod eſt infinitū generis ſuperioꝛis puta infima ſubſtātia. q̄a totū genus ſubſtātie excedit totū genuſ qualitatis nec eſt incōueniens ꝙ minia ſubſtātia in perfectōne naturali excedat accidens quodcūqꝫ. licet aliquod accn̄s ut imperfectōe ſupernaturali hoc eſt in cōiungendo obiecto ſupernaturali excedat ſubſtantiā. tale. n. accn̄ſ non dr̄ ex ſe perfectuꝫ: ſed ex hoc ꝙ ꝯiungit immediate cum obiecto perfecto. duobus mōis vltimis aliquid eſſe ſuperius ſūma grā non eſt ad propoſitū. Ad 3ᵐ dico ꝙ q̄cunqꝫ illoꝝ modoꝝū conſiderādo graꝫ xp̄us habet grām in termino ita ꝙ non poteſt habere maioꝛē ⁊ poſſunt etiaꝫ ex illa ratione fieri tres rōnes ad ꝓpoſituꝫ noſtrū. Pꝛima qꝛ charitas eſt quedam ꝑticipatio dei ideo neceſſe eſt ꝙ ſm̄ aliquē gradū determinatū capiat partē infinite perfectōnis ita ꝙ neceſſario includat determinatū defectū reſpectu charitatis infinite ſicut eſt determinata participatio alioq̄n poſſet concludi ꝙ caloꝛ ⁊ quecūqꝫ talis foꝛma poſſet eſſe infinita qꝛ quelibet foꝛma eſt ꝑticipatō infiniti. Similit̄ ex ꝑte efficiētis quia efficit de nihilo nām limitatā. Similiter 2° ex parte capacitatis qꝛ ⁊ ſi capacitas ſit reſpectu cuiuſcunqꝫ gradus in foꝛma. nō tn̄ capacitas alicuꝰ finiti eſt ad foꝛmaꝫ infinitam. ¶ Et cuꝫ dicit̄ ꝙ auget capacitatē hoc patet eſſe falſuꝫ quia quando due cauſe concurrunt ad ꝯſtituendum tertiū poſterioꝛ non dat prioꝛi aliquid ꝑtinens ad pꝛopꝛiā cauſalitatē eius ſed materia eſt aliquo modo pꝛioꝛ foꝛma ſaltē oꝛdine nature ad conſtituenduꝫ cōpoſitū. ergo foꝛma non dat materie aliquid pertinens ad pꝛopꝛiaꝫ cauſalitateꝫ ipſius materie. ⁊ ita nec aliquaꝫ potentialitatem vel capacitatē que eſt ſua potentialitas auget ſibi. ¶ Qꝫ ſi dicas ꝙ charitas ſm̄ vnum gradum auget capacitatem non ad ſe ſed ad alium graduꝫ Contra charitas in quocūqꝫ eſt foꝛma eiuſdē ratōnis. ergo capacitas eius in q̄cunqꝫ eſt eiuſdem rōniſ. ergo non poteſt capacitas aliqua augeri per aliquā charitatem receptam ſed tota pꝛeſumit naturaliter. ¶ Ideo dico ꝙ in natura rei eſt ſumma capacitas vel minima ante omnē foꝛmam receptam nec illa auget̄ vel minuit̄ q̄cunqꝫ foꝛmam recipiat qꝛ poſſe habere gratiaꝫ ſm̄ Aug. ineſt homini a natura ita ꝙ iſta potentialitas fundatur in natura anime ut eſt talis eſſentia ita ꝙ nihil eam mutat. ¶ Ad vltimum patet ꝙ concludit de ſuperlatio ut exponitur poſitiue.

derat vindicare ſed nō vindicat. quādo
aūt actu vindicat tunc actus eius eſt p-
fectus aſſimilatus fruitioni ex parte cō
cupiſcibilis. ⁊ tūc iraſci iraſcibilis ē ſine
triſtitia. imo eſt cum magna delectatio-
ne propria ſm Ariſto. ſecūdo rhetori.
Ira viri quaſi mel. Sicut ergo concupi
ſcibilis indiget ordinari circa ea que ſūt
nata primo appeti ne ea inordinate ap
petat. ſed ſcòm moderamen recte rōnis
ita etiam iraſcibilis indiget moderari
per habitum ne imoderate velit propel
lere offendens ⁊ ulciſci de illo. ſed mode
rate velit propellere propellenda ⁊ non
propellere nō propellenda. habitus aūt
quo diſponit ad propellendū propellen
da non eſt nominatus. licet poſſet dici
bellicoſitas uel aliquid tale. habitus au
tem quo diſponit ad non repellendum
nō repellenda. ſed ad ſuſtinenduz dicit
pacientia. ⁊ quia difficilius eſt nō repel
lere offendens ꝙ repellere. ideo paciētia
eſt nobiliſſima fortitudo. iuxta illȯ poe
te. Nobile vincendi genus eſt pacientia.
vincit enim qui patit. iraſcibilis igit nō
habet pro obiecto arduuz ſiue appetibi
le quod eſt obiectuz concupiſcibilis. ſed
ipſum offendens. ita ꝙ actus eius adeq̄
tus eſt velle vindicare uel nolle offēdēs
velle quidem quaſi imperfectum dum
iraſcitur ante repulſionem uel ſuſtinen
tiam quod aſſimilatur ei qȯ eſt deſideri
um ex parte concupiſcibilis. ⁊ velle per
fectum quod aſſimilat fruitioni in con

cupiſcibili quando moderate repellit.
uel moderate ſuſtinet. Si dicas ꝙ ipſius
concupiſcibilis eſt velle vnum oppoſitū
igitur ipſius eſt nolle alterū. Reſpondeo
ſemp quādo iraſcibilis habet actuz ſuū
ſunt ibi duo nolita. vnū concupiſcibilis
⁊ aliud iraſcibilis. ut in exemplo poſito
nolitum concupiſcibili eſt carere cibo.
ex qua nolitione ſequitur in concupiſci
bili triſtitia. qua quaſi refugit nolitum
⁊ nō repellit. eſt etiā ibi aliud nolituz. ſ.
illud qȯ aufert cibū. ⁊ illud eſt nolitum
ab iraſcibili. non actu refugitiuo ſed re
pulſiuo. ⁊ dum nō actualiter repellit eſt
triſtitia propria iraſcibilis. patet autē ꝙ
iſti dolores. ſ. iraſcibilis ⁊ concupiſcibil
nō ſunt idē dolor. quia ſi offendens illō
offerat ſub ratione impoſſibilis repellē
di. erit maior triſtitia in cōcupiſcibili. ⁊
tamē nō erit proprie ira. nullus eni ma-
xime timens iraſcit ſcòm philoſophum
ſecundo rhetori. ⁊ tamen timēs quanto
magis timet tanto maiorē dolorē habz
ipſius cōcupiſcibilis refugiētis qȯ timet
⁊ licet aliquādo doleat iraſcibilis de nō
poſſe vindicare. quando. ſ. non eſt pote
ſtas vindicandi. tamē de alio dolet con-
cupiſcibilis. ſ. de carentia obiecti concu
piti. dolor etiā concupiſcibilis fit cū alia
mutatione organi in pte ſenſitiua ꝙ do
lor iraſcibilis. quia ille cōcupiſcibilis eſt
cum reſtrictione ſicut delectatio oppoſi
ta fit cum dilatatione. dolor autē iraſci
bilis fit cū calefactione que eſt accenſus
ſanguinis circa cor. ⁊ ex hoc ſequitur ꝙ
iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis in parte ſenſi
tiua habent diuerſa organa. quia idem
non poſſet moueri ſimul diuerſis moti
bus talibus. in parte autē rationali poſ
ſunt habere ſimilem diſtinctionez obie
ctorū ſicut in parte ſenſitiua. Nam vo-
luntati eſt aliquid primo delectabile: pu
ta bonum ſibi cōueniens ſcòm ſe uel cō-
ueniens appetitui ſenſitiuo cui cōiungit
in eodem ſuppoſito. poteſt etiam habe-
re voluntas obiectum offendens. ⁊ ſu

rectam rationem ⁊ cõtra rectam rationem ⁊ reſpicere illud ut offendens actu nolendi repulſiuo ⁊ imperioſo. non tamen eſt tanta diſtinctio horum in volũtate quanta eſt in appetitu ſenſitiuo. qꝛ voluntas non eſt organica. nec oportet dicere magis ꝙ alterum iſtorum ſit vis ⁊ alteruꝫ potentia ꝙ ecõuerſo. ſed ſicut ratio diſtinguitur in portionẽ ſuperiorem ⁊ inferiorem per comparationem ad obiecta diuerſa. ⁊ tamen eſt ſimpliciter eadem potentia. de vi autem neſcio quid oporteat loqui. eſt enim verbum ſuperfluum. Idem enim ſimpliciter eſt ratio operandi circa iſta obiecta diſtincta ſuperius ſcilicet ⁊ inferius. ſicut dictum eſt di. 14. ſecundi. ¶ Eodem etiam modo poteſt dici circa prima ⁊ ſecunda delectabilia uel triſtabilia ꝙ eadem potentia uel vis omnino eſt ratio operandi. Nam potentia eſt illud quo potens eſt potens. ⁊ quo potens eſt fortis. in ſpiritualibus enim idem eſt eſſe potentem ⁊ fortem. non erit igitur hic diſtinctio: niſi ex parte obiectorum in que tendit. ſicut ſi diceremus intellectum diſtingui in principia ⁊ concluſiones inquantum tendit in concluſiones per principia. ſed propter talem diſtinctionem principiorum ⁊ concluſionum nullus diſtinguit intellectum. nec in potentias nec in vires.

His ſuppoſitis de iraſcibili ⁊ concupiſcibili redeo ad virtutes. ⁊ dico ꝙ proprius habitus perfectus concupiſcibilis eſt temperantia. ⁊ iraſcibilis fortitudo in cõmuni. ⁊ loquendo de habitibus acquiſitis ⁊ non infuſis. ambe autem infuſe perficiunt concupiſcibilẽ. quia deus quem habent pro obiecto eſt tantum volibilis. Et ſi utraqꝫ iſtarum ſpecierum intermediarũ tam ſcilicet fortitudo ꝙ temperantia poſſint ſubdiuidi. tamen in connumeratione virtutum cardinalium remanent indiuiſa. ſcd̃m hoc igitur in connumeratione omniuꝫ virtutum ſunt tres theologice ⁊ quatuor cardinales. De theologicis habet ab apoſtolo. i. Cor. 13°. d̃ moralibus. Sap. 8°. iſte numerus ſeptenarius ſimpliciter perficit viatorẽ. ita ꝙ ſcd̃m gradus iſtarum in ſpecie ſua eſt ipſe perfectus. ſm enim ꝙ iſte ſunt intenſiores ⁊ remiſſiores ſcd̃m hoc eſt magis uel minus perfectus. ⁊ ſi ſint intenſiſſime quantũ poſſũt eſſe in via. eſt homo ſimpliciter perfectus quantum poteſt eſſe in via: non curando modo de iſta perfectione que habet per v̾tutes ſpeculatiuas acquiſitas que prius excluſe ſunt. Per iſtas quippe ſeptem virtutes intelligendo de eis ⁊ de ſpeciebus earũ neceſſarijs de quibus poſtea dicetur ſi ſint in ſe perfectiſſime eſt homo ſimpliciter perfectiſſimus. ⁊ circa deum in ſe. ⁊ circa omnia alia a deo ut intelligibilia ratione practica. ⁊ ut appetibilia uel ſibi uel alteri. ⁊ hoc in ordine ad ſe in quem poſſũt virtutes acquiſite ex ſe. uel in ordine ad finẽ ultimum in queꝫ poſſunt virtutes acquiſite cum charitate. ¶ Ulterius ad videndum de beatitudinibus donis ⁊ fructibus. Notandum eſt ꝙ tres virtutes acquiſite ſcilicet fortitudo: tẽperantia: ⁊ iuſtitia ſũt genera intermedia. nam prima concupiſcibilia videntur eſſe duo ſcilicet honor ⁊ voluptas. ul̾ delectatio ſtricte ſumpta aliter ponitur ꝙ primo bonum eſt conueniens. ⁊ hoc uel honeſtum uel delectabile ſiue etiam utile. Sed utile nõ poteſt eſſe primo motiuum ad concupiſcendũ quia nõ concupiſcitur niſi in ordine ad aliud. Idẽ concludit illud primo. Ioh. 7°. Omne quod eſt in mũdo ⁊c̃. Nam concupiſcentia oculorum que ſcilicet reſpicit diuitias non poteſt eſſe prima loquendo de diuitijs inquantum ſunt bonum utile. ⁊ non delectabile. ꝙ ſi loquamur

mur ꝺ diuitijs inquantuꝫ ſunt pulchꝛe
hoc eſt inquantum ſunt bonum delecta
bile. ſic poſſunt pꝛimo concupiſci ſicut
aliud pulchꝛum viſibile ita ꝙ pꝛima cō
cupiſcibilia ut dictuꝫ eſt a natura ratio
nali ſunt honoꝛ ꝛ delectatio ſtricte ſum
pta. Igitur pꝛime ſpecies temperantie
que moderantur circa concupiſcibilia
erūt due. quia que moderatur circa ho
noꝛes dicitur humilitas. que circa volu
ptates retinet nomē generis. ꝛ quot poſ
ſunt eſſe voluptates diſtincte circa quas
voluntas moderatur. tot poſſunt eſſe
ſpecies illius temperantie que moderat
ipſas voluptates. puta altera circa gu
ſtabilia. altera circa tangibilia. nec ſolū
de voluptatibus ſenſitiuis quibus dele
ctatur voluntas coniuncta. ſed etiaꝫ de
voluptatibus pꝛopꝛijs ipſi voluntati ut
voluntas eſt. Unde voluntas angeli po
teſt appetere bonuꝫ delectabile. licet nō
habeat appetitum ſenſitiuum coniun
ctum. Et ꝙ ille temperantie diſtinguan
tur. pꝛobatur. quia circa aliqua poteſt
eſſe ſumma delectatio circa alia nulla.
poteſt enim eſſe aliquiſ temperatus ſim
pliciter circa venerea: ut uti tantum ſua
uel ſimpliciter nolens uti. ꝛ intempera
tus circa guſtabilia volens comedeꝛ nō
comedenda. poteſt etiam aliquis eſſe tē
peratus circa ſenſibilia. ꝛ intemperatuſ
circa ſpeculabilia. puta ſi voluntas ſua
delectetur in hoc ꝙ intellectus ſumme
ſpeculatur intelligibilia. quoꝛum ſpecu
latio non eſt multum utilis ſcd̄m ſe. hec
delectatio eſt immoderata ꝛ moderan
da. Que autem ſunt ſpecies foꝛtitudi
nis nō opoꝛtet ad pꝛopoſitum ita expli
care. quia non tāgitur inter alia niſi foꝛ
titudo in ſe uel pacientia que ut dictuꝫ
eſt. eſt nobiliſſima foꝛtitudo que non re
pellit repellenda. ita ꝙ pati eſt quoddaꝫ
permittere. ꝛ ſic diceretur de permiſſio
ne ꝙ ſit actus poſitiuus velle ſcilicet uel
nolle. uel foꝛte nihil velle. uel non impe
dire. ita diceretur qualis actus ſit pati
in voluntate reſpectu terribilis. Iuſti
tia ſubdiuidenda eſt pꝛopter ea que ſe
quuntur. ¶ Ubi ſciendum eſt ꝙ in oꝛ
dine ad alterum poteſt aliquis pꝛimo
recte ſe habere cōmunicando ſe illi quā
tum poteſt ſe cōmunicare. uel cōmuni
cando illi aliquid aliud. virtus inclināſ
ad pꝛimum eſt amicicia qua quis dat ſe
ipſum pꝛoximo quantum poteſt ſe da
re. ꝛ inquantum poteſt pꝛoximus habe
re eum. Et hec eſt perfectiſſima virtuſ
moꝛalis. quia tota iuſticia eſt perfectioꝛ
his que ſunt ad ſeipſum. ꝛ hec eſt perfe
ctiſſima iuſticia. Si autem cōmunicet
ſibi alterum. aut igitur bona extrinſeca
aut intrinſeca pertinentia ad victuꝫ hu
manum. ¶ De bonis extrinſecis que in
digent homines cōmutare dicitur iuſti
tia cōmutatiua. ꝛ hec frequēter dicitur
iuſticia pꝛo tanto. quia ei commutatur
aliquid equiualens. Si autem cōmuni
cet ſibi aliud neceſſarium adiunctum.
aut igitur regimen. ꝛ hoc couenit pꝛeſi
denti. ꝛ hec ſpecies iuſticie eſt innomina
ta. poſſet tamen dici pꝛeſidentia uel do
minatio iuſta. aut communicat ei ſubie
ctionem iuſtam. ꝛ hec denominatur a
ſubijci. ¶ His intellectis dico ꝙ beati
tudines quaſ ponit Saluatoꝛ. Mathei
quinto. Sunt idem habitus cum ha
bitibus virtutum. ¶ Tamen aliquan
do nominantur ſpecies ſpecialioꝛes vir
tutum quam ſumantur in numero illo
ſeptenario virtutum pꝛius aſſignato.

¶ Duas quidem ſpecies temperantie
enumerat Saluatoꝛ inter beatitudines
ſcilicet humilitateꝫ que moderatur cir
ca pꝛimum delectabile ſcilicet honoꝛeꝫ
ꝛ hanc expꝛimit ibi. Beati pauperes ſpi
ritu. vbi ſcd̄m Auguſti. recti intelligun
tur pauperes ſcilicet recti aut timentes
deū non habentes inflantē ſpiritū. Aliā
ſpeciē moderantē voluptates i cōmuni
expꝛimit illud. Beati mundo corde ꝛc̄.

Mundicia eni cordis eſt imunitas vo-
luntatis ab omni inordinata affectione
uel delectatione. tam ratōne ſui ꝙ ratio
ne appetituū ſenſitiuorū quibus cōiun
gitur. fortitudinē exprimit in ſua ſpecie
perfectiſſima. ibi. Beati qui perſecutio-
nem paciunt̄ propter iuſtitiā. ¶ Juſtitie
exprimit tres ſpecies. vnam quidez que
eſt in cōmunicando ſeipſum per amici-
ciam. ⁊ hanc exprimit cum dicit. Beati
mites. ꝙuis enim amicicia plus ſit ꝙ be
niuolentia ſcōm philoſophū. 8. ethico-
rum. non latens in contra paſſis. ⁊ beni
uolentia plus ſit ꝙ mititas. quia mites
ſunt qui non offendunt nec reſiſtunt in
malo. tamē propter hoc minimū quod
eſt quaſi infimum in amicicia exprimit
illā qua quis cōmunicat ſe proximo.
Aliam ſpeciē que diuidit̄ in donationē
iuſtam ⁊ obedientiā exprimit per illud
Beati pacifici. pax quippe ſeruat̄ in hoc
ꝙ preſidens recte regit. ⁊ ſubditus recte
obedit. Tertiā ſpeciē iuſtitie que ē quā
tum ad exteriora cōmunicanda: expri-
mit ibi. Beati miſericordes nullo enim
alio modo poteſt aliquis eſſe ꝑfecte di-
ſpoſitus circa exteriora cōmunicanda
proximo ꝙ per miſericordiā. miſericors
enim cōmunicat nō ut rehabeat nec ut
prius rebeneficiatus ab eo cui cōmuni-
cat liberalis quidez ⁊ ſi cōmunicet ami-
co. poteſt tamen eſſe aliqua liberalitas
inferior ꝙ miſericordia. ⁊ ita liberalitas
eſt imperfectior ſpecies iuſtitie ꝙ miſeri
cordia. Hanc autē iuſtitiaz que eſt circa
tēporalia cōmunicāda expreſſit Salua
tor. Luce. 8°. Cum facis conuiuiū. Sic
igitur habemus tres virtutes morales
expreſſas in ſe uel in ſuis ſpeciebus. Du
as autē theologicas exprimit charitatē
ibi. Beati qui eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſtitiam.
Eſurire quidem non eſt ſine miſericor-
dia. ſed habitus quo elicit̄ eſt charitas.
propriiſſime enim charitas vie eſt habi
tus quo eſurimus iuſtitiā ⁊ diligimus
deum in ſe quod eſt uera iuſtitia. ſpem
exprimit per illud. Beati qui lugēt. Lu-
ctus enim eſt habitus deſiderandi illud
Sic itaqꝫ in octo beatitudinibus due ex
primuntur virtutes appetitiue theolo-
gice. ⁊ tres morales. fortitudo in ſe. ⁊ tē
perantia in duabus ſpeciebus. ⁊ iuſtitia
in tribus ſpeciebus. Due autē virtutes
intellectuales. vna acquiſita ut pruden-
tia. ⁊ alia infuſa ut fides. que non expri
muntur in ſe nec in ſuis ſpeciebus. ſatis
dantur intelligi ꝑ appetitiuas. quia nō
eſt voluntas optime diſpoſita ſine vir-
tute correſpondente in intellectu. ¶ De
donis dico ꝙ ibi enumerant̄ quattuor
virtutes cardinales. Prudentia ꝑ do-
num conſiliȷ̄. prudentia enim eſt habit⁹
conſiliatiuus. quia eſt habitus recte ſyl
logiſandi practice. ⁊ tale ſyllogiſare eſt
cōſiliari. vnde habitus quo quis eſt cō-
ſiliatiuus eſt prudentia. Fortitudo expri
mitur ſuo nomine inter dona. Timor
autē eſt ſpecies tēperātie. idem enim eſt
omnino timor qō humilitas. licet alio
nomine nominet̄ ſicut patere poteſt per
Aug. ſuper illud Math. 5°. Beati pau
peres ſpiritu. frequenter enim numerā-
tur non nominibus propriȷ̄s. ⁊ ideo ſcri
ptura frequenter cōmendat timorē. vn̄
illud. Initium ſapientie timor domini.
nihil aliud eſt niſi humilitas que eſt ꝑn
cipium virtutū. cū inter dona ponitur
pietas. hec eſt que apud Saluatorez vo
catur miſericordia. ⁊ ita eſt ſpecies iuſti
tie. Exprimuntur ꝰ inter dona quatuor
virtutes cardinales. due quidē ut prudē
tia per conſilium. fortitudo proprie no
mine ſuo. ¶ Due autem alie non ſub
ratione illarum ſpecierum intermedia
rum que enumerantur in illo alio ſepte
nario. ſed in quibuſdaz ſpeciebus earū
puta tēperancia in timore. ⁊ iuſtitia in
pietate. Due infuſe exprimuntur ibi.
Charitas quidem per ſpiritum ſapien
tie. Uniuerſaliter enim quando in ſcri
ptura cōmendat̄ ſapiētia. ut beatus vir
qui in ſapientia morabitur ⁊ hui⁹. ibi

ſapientia eſt charitas. eſt enim habitus
q̄ ſapit habēti illud obm̄ qȯ eſt in ſe ſa-
piendū. quo. ſ. placet mihi bonū eius i
ſe. ⁊ illud volo mihi. ꝑ alia duo dona
intellectū ⁊ ſcientiā exprimit fides inſu
ſa ita ꝙ illa duo nō circūloquunt duos
habitus. ſed vnuꝫ tm̄ ſm perfectū ⁊ im
ꝑfectū. ⁊ vnus pōt dari ſine alio. ſed nō
ecōuerſo. pōt. n. intellectus dici fides im
ꝑfecta que eſt notitia articuloꝝ ꝑmoꝝ
⁊ ſcientia fides ꝑfecta q̄ eſt explicita no
titia de articulis. ſicut in ſcibilibus nāli
bus intellectus dicit eſſe principiȳ. ⁊ ſcia
cōcluſionis. Spes aūt explicite nō enu-
merat hic. ſed dat intelligi ꝑ charitateꝫ
que ē ſapientia. Sapientia enim eſt qua
ſapit mihi deus in ſe. ⁊ q̄ ſapit mihi ut
bonū. nā qui ſapit ⁊ ſaporē in ſe appro
bat ⁊ ſibi appetit. De fructibus dico ꝙ
quidam illoꝝ ſunt virtutes ſm illā re-
gulā ſm quā enumerate ſunt i illo ſepte
nario. Quedā aūt ſunt ſpecies virtutū
ibidē enumerataꝝ. quedā nec ſic nec ſic
ſed delectationes cōſequentes actus. vbi
gratia. charitas exprimit ibi ꝓprio no
mine ⁊ ſimiliter fides. ſpes aūt in h qȯ
dicit longanimitas. vnde legit de patri-
archis. longanimes in ſpe. quaſi in lon-
gū animoſe expectātes. Virtutes mo-
rales exprimunt ibi. Fortitudo quidē in
paciencia. Juſtitia in ſua ſpecie que eſt
miſericordia. in hoc ꝙ dicit bonitas ſic
cōiter dicit bonus qui cōicat ſe ꝓximo
⁊ in alia ſpecie que ē amicicia exprimit
ibi benignitas que ē quaſi beniuolentia
⁊ bona igneitas. Jn tertia ſpecie q̄ perti
net ad regimē uł ad ſubiectionē. ibi mā
ſuetudo. uel ſpāliter exꝑmit ibi obedien
tia. Māſuetus. n. ē qui exequit iniūcta
ſine murmure. Tempantia exprimit in
duab' ſpēb' ſuis. in cōtinētia ⁊ caſtitate
Si placeat dicere ꝯtinentiā circa alia de
lectabilia q̄ꝫ caſtitateꝫ. uel pōt poni vna
ſpēs tpantie ut cōtinentia dicat vna ſpēs
⁊ caſtitas circa q̄cūqꝫ delectabilia. quō
phs. 7°. ethi. ponit caſtitatē eē quendaꝫ
gradū in qualibet virtute. Prudētia ex
primit ꝑ modeſtiā. Modeſtus. n. ē qui
modū debitū tenet in agēdo ⁊ prudētie
eſt inuenire modū in actōne ⁊ ꝑfigere ⁊
terminare. Sic igit habemus tres vtu-
tes in ſe. fortitudinē in paciētia. iuſtitiaꝫ
in tribus ſpēbus. tēpantiā in vna ſpecie
uel duabus. prudentiā in vna ſpē. ⁊ ita
oēs virtutes tā intellectuales q̄ꝫ morales
Alia quedā enumerāt ibi q̄ ſūt delecta-
tiones cōicantes uel ꝯſequētes actuꝫ: ut
gaudiū qȯ ꝓprie eſt delectatio in volun
tate. ⁊ pax q̄ eſt ſecuritas hn̄di obm̄ ſine
repugnantia. Sic igit pꝫ ꝙ in ſuſtinēdo
ſeptē vtutes ſufficienter ꝑficere hominē
in via in ſe uel in ſuis ſpēbus. nō erūt ne
ceſſarȳ alȳ habitus qui nec ſint illi nec
ſpēs earū. nec enumerant alȳ in donis
nec in beatitudinibus nec in fructibus.
Et licet numerus ſit alius explicitus bti
tudinū ⁊ donoꝝ. hoc eſt quia aliq̄ ſpēs
illarū ſeptē virtutū alie exprimunt hic
q̄ꝫ ibi. ⁊ nō quia alȳ habitus qui nō ſūt
illaꝝ virtutū ſpēs. Si etiā tm̄ pondera
ret ſcriptura que ponit alicui octonari
um alicubi ſeptenariū ut oportēt eos di
ſtinguere ut diuerſos habit'. quare igit
nō ponunt diſtincti habitus illi de q̄bus
facit mentionē apłs. i. cor. 12°. ubi ponit
nouenari' ab illis quos enumerat mini
ſtrantes fidē q̄nqꝫ virtutē ⁊c̄. Frequent
igit ſcriptura eadē realiter exprimens.
exprimit ſub alȳs verbis. nūc omittens
quedā. nūc alibi explicans ſic omiſſa.

Ad argumēta in oppoſi-
tū pꝫ. qꝛ
⁊ ſi numerus nō ſit idē hoc nō ē hituuꝫ
ab habitib'. ſed ſpērū intermediarū uel
ſpālīſſimarū ꝯtentarū ſub iſtis ſunt alȳ
numeri. uel ſi omittunt aliquarū illarū
alicubi: ⁊ alicubi non. numerata tm̄ h ⁊
ibi ſūt eadē ut declaratū eſt. ¶ Ad illud
philoſophi de virtute eroyca qȯ addu
cit ꝓ opinione prima: dico ꝙ in oī boni
tate aſſignat q̄tuor grad' qui ſūt eiuſdē
habitus in ſpē. ſ. ꝑſeuerantiā. ꝯtinentiā

tēperantiam ⁊ eroycam. Perfectiſſima
igitur virtus in eadem ſpecie manens ē
eroyca. ⁊ ſic methaphorice loquunt̄ ali-
qui ꝙ perficit modo in humano. quia
.ſ. non eſt cōmuniter hominis ad illum
gradum licet eiuſdem ſpeciei attingere.
Et qd̄ adducit̄ per oppoſitū de beſtiali-
tate poſſet ſimiliter dici ꝙ eſſet exceſſus
in eadē ſpecie vitȳ. Sed melius pōt dici
alterius ſpeciei. quia circa aliud obiectū
ſed ex hoc nō ſequit̄ propoſitū. quia cir-
ca multa contingit errare ⁊ vitioſe ager̄
ſed circa tm̄ vnū. ſ. pfecte circunſtantio-
natum cōtingit recte agere: rectius ⁊ re-
ctiſſime. licet igit̄ beſtialitas ſit alius ha-
bitus a cōi vitio humano qui eſt circa
aliud obiectū. nō ſequit̄ eroycam eſſe al-
terius ſpeciei a virtute humana. qꝛ cir-
ca idem obiectū ordinat. ſed excellenti⁹
nec eſt manifeſtum hanc excellentiam
non poſſe eſſe per alium gradū eiuſdeȝ
ſpeciei.

POſt premiſſa
diligenter conſiderandū eſt.
Circa iſtā. 35. di. in qua magi-
ſter agit de donis compando vnū ad ali-
ud. Querit̄ utrū ſapientia: ſcientia: in-
tellectus ⁊ conſiliū ſint habitus intelle-
ctuales. Solutio huius patet ex dictis.
Sapientia quidē eſt habitus appetitiu⁹
.ſ. charitas. licet includat fidē tanꝙ pui-
um ſicut actus volūtatis actus intellect⁹
Scientia ⁊ intellectus circūloquunt̄ ha-
bitū fidei pfectū ⁊ imperfectū. ſicut dcm̄
eſt prius. Conſiliū acceptū pro habitu ē
habitus prudētie. Sed obȳcit̄ ꝙ ſcien-
tia ⁊ intellectus nō ſunt vnus habitus.
quia in cognitione acquiſita alius ē ha-
bitus principȳ qui dicit̄ intellectus. ⁊ ali-
us cōcluſionis qui dicit̄ ſcientia. igit̄ a ſi-
mili in cognitione infuſa alius eſt habi-
tus cognoſcendi articulos. ⁊ ali⁹ cogno-
ſcendi cōſequētia uel explicita ex articul̄
Rō. cōſequentia nō ualet. quia in acqui-
ſitis aſſentitur uero cōplexo ꝑpter eui-
dentiam ex ſuis terminis. aliam autem
euidentiam habet proprie principium
ex terminis ſuis. ⁊ aliā concluſio ex ſuis
⁊ alterius rationis. licet iſta euidētia ſit
cauſata ab illa. ⁊ ideo poteſt eſſe ali⁹ ha-
bitus reſpectu hui⁹ ⁊ illius qui reſpicit
formalem rationem veritatis hic ⁊ ibi.
ſed in creditis non aſſentit̄ propter eui-
dentiam crediti. ſed propter veritatē re-
uelantis cui aſſentitur. ⁊ illa eſt eadeȝ re-
ſpectu primorū articulorum ⁊ reſpectu
aliorum explicatorū ex illis. ⁊ ideo non
eſt alius habitus vnius ⁊ alterius. quia
eſt idem obiectū ſub eadē rōne formali.

SOlet etiam q̄-
ri circa iſtam. 36. di. in qua
magiſter agit de virtutū cō-
nexione. Querit̄ utrū virtutes mora-
les ſint cōnexe. qd̄ nō. Aliquis pōt eſſe
naturaliter inclinatus ad actus vni⁹ vir-
tutis ⁊ nō alterius. ſicut vnus eſt cōple-
xionatus ad faciliter iraſcendū. ⁊ tm̄ nō
ita inclinat̄ ex natura ad actus concupi-
piſcentie. igit̄ talis pōt facilius exercita-
re ſe circa illos actus ad quos inclinat̄.
ꝙ circa illos ad quos non inclinatur.
⁊ ita habebit virtutem circa hos ⁊ non
circa illos. Preterea qualitercūqȝ ali-
quis ſit inclinatus pōt habere materiā
exercendi ſe circa actus vnius virtutis
⁊ nō alterius. puta religioſus poteſt ha-
bere opportunitatem circa paſſiones re-
frenandas. nō aūt circa terribilia bellica
aggredienda uel ſuſtinenda. igit̄ genera-
bit in ſe temperantiam ſine fortitudine.
¶ Preterea ratione exiſtente erronea vo-
luntas poteſt elicere actum contra iudi-
cium eius. ⁊ tamen recte eligere. igitur
ex talibus frequentibus electionib⁹ po-
teſt generari habitus moralis. ⁊ tamen
in intellectu non generatur prudentia.
quia intellectus nō recte dictat. ⁊ ita po-
teſt eſſe virtus moralis ſine prudentia.
¶ Preterea intellectu ecōuerſo recte di-
ctante voluntas poteſt nō eligere dicta

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tum ſed oppoſitum eius. ⁊ ita ex ſic fre
quenter dictare generabitur prudentia
in intellectu. non tamen virtus moralis
in voluntate ſed potius vitium. Prete
rea actus contēnendi omnia ꝓpter deū
eſt arduus ⁊ cōſonus rationi. igitur ad
illum poteſt eſſe virtuſ inclinans. igitur
talis ſic contemnēs videt habere virtu
tem ſic inclinantez. ⁊ tamē nō poteſt ha
bere liberalitatez ut videt. quia non ha
bet materiā huius virtutis. quia nihil
habet qȝ poſſit dare. Similiter etiam
multi habent alias virtutes qui nō ſūt
pauperes. Preterea continētia cōiuga
lis videt eſſe virtus. ⁊ tamen eſt ſine vir
ginitate que videtur eſſe virtus. ¶ Pre
terea magnanimitas ē virtus que videt
repugnare humilitati. quia magnanim⁹
dignificat ſe magnis honoribus. humi
lis autem dignificat ſe paruis honorib⁹
quia reputat ſe parum valere in oculis
ſuis. Contra. 6. ethicorum. ⁊ Aug. 6.
de trini. caᵒ. 4ᵒ.

Hic ſunt quatuor

articuli. Primus de cōnexione virtutū
moraliuȝ intra ſe ſcđm genera ⁊ ſpecies
illorum generum. Secundus de con
nexione cuiuſlibet virtutis moralis cuȝ
prudentia. Tertius de connexione vir
tutum moralium cum theologicis.
¶ Quarto de connexione theologica-
rum inter ſe. ¶ Quantum ad primum
dicitur ſic. philoſophus. 6ᵒ. ethicorum
dicit ſic. In omni genere bonitatum uel
maliciarum eſt diſtinguere quatuor gra
dus quoruȝ primus apud philoſophuȝ
dicit perſeuerantia. ſecūdus cōtinentia.
tertius tēperantia. In quarto aūt dicit
virtus eroyca. ⁊ in duobus primis gra
dibus nō eſt virtus. ſed tm̄ quedā diſpo
ſitio imperfecta quā nata eſt ſequi vtus
perfecta. In tertio gradu eſt virtus cōit
dicta. In quarto eſt virtuſ in gradu ſup
excellenti. Conceditur ergo ꝙ in duobuſ
primis gradibus nō eſt cōnexio. qȝ pōt
aliquis exercitari in actibus vnius vir
tutis ⁊ non alteriuſ. ⁊ ita acquirere tam
perſeuerantiam ꝙ continentiā vnius ⁊
non alterius. In tertio gradu diſtinguit
quia aut eſt virtus imꝑfecta aut medio
cris aut ꝑfecta. ⁊ in duobus primis gra
dibus non oportet eſſe connexionē pro
pter idem qȝ prius. quia. ſ. aliquis pōt
exercitari in actibus alicuius virtutis ⁊
non alterius. In tertio autē gradu hui⁹
tertij gradus ⁊ multo magis in quarto
gradu eſt cōnexio. quod probatur mul
tipliciter. primo quia non eſt virtus verē
perfecta que in contrarium fini ſuo ob
liquari poteſt ſcđm qȝ dicit Aug. in ſer
mone de operibus miſericordie. chari-
tas que deſeri poteſt nunquā uera fuit.
ſed ſi vna virtus moralis eſſet ſola ſine
alijs poſſet obliquari circa alios fines.
igitur non eſt vera virtus. probatio mi
noris. quia vna virtuſ non firmat volū
tatem circa illa appetibilia que non per
ſe reſpicit. igitur ſi voluntas nō habeat
niſi illam virtutem poteſt obliquari cir
ca alia appetibilia preſentata ſibi. ſed ex
obliquatōne circa alia poteſt obliquari
circa obiectum illius virtutis. ergo ⁊c.
¶ Hoc patet in exemplo. quia habens
temperantiam ⁊ non fortitudinem non
firmatur circa terribilia ſuſtinenda. igi
tur ſi preſentētur ſibi terribilia puta uel
ꝙ fornicetur uel ſuſtineat mortem po-
teſt obliquari circa terribilia. ⁊ per con
ſequens circa ea que ſunt temperantie.
Nam talis potius eliget non ſuſtinere
mortem ꝙ non fornicari. quia non eſt
firmatus circa illam paſſionem terribi
lem. ¶ Hoc arguitur ſecundo. quia vir
tutis eſt delectabiliter operari. ſecundo
ethicorum. ſed vna virtus ſine alia non
eſt principium delectabiliter operandi.
ſicut patet in exemplo predicto. Nam
temptatus de intemperantia ſi non ſit
iuſtus non delectabiliter fugiet que per
tinent ad intemperantiā. ⁊ per ꝯſequēs
non eſt perfecte tēperatus. eodē mō pōt

poni exemplū. Si quis eni ſit auarus
eliget ſeruare pecunias pluſq̄ ꝯpantiā.
¶ Preterea tertio virtus perfecta ꝑdu
cit ad finē virtutiſ. quia perfectio in mo
ralib⁹ eſt ꝑducere ad finē. ſed vna virt⁹
ſine alia nō perducit ad finē. nec virum
politicū facit. ꝫ ⁊c̄. Confirmaꝛ illa po
ſitio per Greg. 20. moraliū. ca°. i°. Si qs
vna virtute pollere crediꝛ. tūc veraciter
pollet cū vitijs ex alia parte nō ſubiacet
⁊ li°. 19°. ca°. 3°. Una virtus uel nō ē vir
tus uel oīo nō eſt. Preterea cōmētator
ſup 6°. ethi. in principio. Nō exiſtēte tē
perātia qualiter erit iuſtitia. Preterea
idem ſup illud. 6°. ethi. Tēpantiā h ap
pellamus noīe uelut ſaluantē prudētiā.
cōmentator ſorores ad inuicē virtutes
ſunt. Hoc idē probaꝛ per glo. ſup illud
Apoca. 20. Ciuitas in quadro poſita ē.
quere ibi. Cōtra hoc arguiꝛ ꝓmo ſic. ſi
cut ꝑ te ꝯtingit duos gradus eſſe incon
nexos. ſ. ꝑſeuerantiā ⁊ ꝯtinentiā. ⁊ cōſi
militer duos ꝓmos gradus tertij grad⁹
. ſ. quādo virtus eſt imꝑfecta uel medio
cris. eodē modo arguiꝛ de virtutib⁹ ſm
tertiū gradū virtutis. quia contingit ali
quē hn̄tem virtutē ſm duos gradus ex
exercitari circa actū vni⁹ virtutis ⁊ non
alterius. Nō enim minus eſt diſpoſitus
aliqs hn̄s habitū ad oꝑandū circa iſta
obiecta q̄ꝫ alius nullū hn̄s habitū. igiꝛ
ſi aliqs a ꝓncipio potuit ſe exercitaꝛ ſm
actus vni⁹ virtutis ⁊ nō alteriuſ. multo
magis cū habuerit habitū vni⁹ virtutiſ
ſm duos gradus tertij grad⁹ poterit ex
ercitari circa obm̄ illius virtutis ⁊ non
alteriuſ. ⁊ ita poterit ſibi acquirere vnā
virtutē ꝑfectā ⁊ nō aliā. Confirmatur
qꝛ pōt nō cōcurrere ſibi opportunitas
agendi circa materiā alterius virtutis.
nec inclinaꝛ ad hoc ſicut ad illud cuius
habet habitū. Si dicaꝛ ꝙ licꝫ materia
alterius virtutis nō occurrat exteri⁹. oc
currit tn̄ i fātaſmatib⁹: ⁊ circa illa opor
tebit recte eligere. uel virt⁹ acquiſita nō
ſaluabit in aliq̄ gradu. Cōtra. poſſibi
le eſt illa alia nō cōſiderare. ſed ſolū illa
ad que inclinat habitus virtutis. qꝛ nō
contingit intelligere ſimul duo diſtincte
ſcd̄m cōmuniter loquentes. igitur ſi oc
currant alia que pertinēt ad aliā virtu
tem non pōt voluntas eligere circa illa
nec bene nec male. ſed ꝓcipere nō conſi
derationem illorū ⁊ conſideratōnē eorꝫ
que pertinent ad virtutem quaꝫ habet.
⁊ ſtabit propoſitum.

Dicitur aliter ⁊ me

lius ꝙ poſſibile eſt habitū quantūcūqꝫ
perfectū in genere nature acquiri ex acti
bus frequēter elicitis circa obiectū vni
us virtutis abſqꝫ acquiſitione alterius
habitus. ſed ille habitus quantūcunqꝫ
intenſus non habet rationē virtutis ni
ſi ſit cōformis alijs uirtutibus acquiſi
tis. ⁊ ideo nō eſt virtus. ꝯcordia enī ha
bitus ad habitū neceſſaria eſt in quoli
bet habitu qui eſt virtus. ¶ Iſtud dcm̄
poſſet faciliter improbari. ſi virtus mo
ralis eſſet per ſe ens ⁊ per ſe vnū in gn̄e
qualitatis. Sed quia non credo hoc eē
verū ſicut tangetur inferius. ideo aliter
arguo ſic. Uirtus cū oībus que ſunt de
per ſe ratione uirtutis generaꝛ ex actib⁹
conformibus recte rōni. ita ꝙ ultra naꝫ
actus uel hītus rō actuſ uel habitus vir
tuoſi non requirit niſi conformitatē ad
rectam rationē ex ſecūdo ethi. virtus ē
habitus electiuus immediate exiſtens q̄
ad nos determinata ratione ⁊ ut utiqꝫ
ſapiēs determinabit. Sed ſine ꝯcordia
aliarum virtutum concurrentium i eo
dem operante poteſt eſſe talis conformi
tas tam actus q̄ꝫ habitus ad rectam ra
tionem circa illud quod elegit. Aſſum
ptum patet. nam recte eliget circa mate
riam temperantie precedente tamen re
cta ratione dictante de tali eligibili. po
teſt autem precedere dictamen rectum
circa materiā vnius virtutis abſqꝫ om
ni dictamine rationis circa materiam
alterius virtutis. ergo ⁊ cetera.

¶ Preterea. ſequit ex iſto dcō ꝙ quelꝫ
vꝰtus eſt alij rō eēndi vtutē. ꝯñs eſt falſū
igit ⁊ añs. ꝓbō ꝯñtie: qꝛ ſi habitus tpan
tie nō eſt virtus niſi qꝛ ꝯcomitat alia v
tus puta fortitudo. igit fortitudo virtus
inquantū ꝯcomitās tpantiam eſt rō illi
habitui eſſendi vtutem. ⁊ pari rōne ecō
uerſo. tēpantia ut ꝯcomitās erit fortitu
dini rō eſſendi virtutē. igitur quelꝫ erit
alteri rō eſſendi vtutem. cōſequens ē fal
ſū: quia ſequeret ꝙ aliqua erit vtus āte
quā ſit vtus. ⁊ ita nulla pma vtus. ⁊ ita
nulla vtus erit. Probō illoꝝ. accipia
mus. n. habitū illum de genere qualita
tis qui dꝫ eſſe tpantia. ſi nō pōt eſſe vir
tus niſi ꝯcomitante alia vtute q̄ eſt forti
tudo. igit fortitudo pus erit vtus ꝙ̄ tem
perātia ſit virtus. ⁊ tñ nō pōt fortitudo
eſſe vtus niſi ꝯcomitante tpantia virtu
te p ypotheſim. igit fortitudo erit vtus
pus ꝙ ſit vtus. ¶ Per idē ꝓbat ꝙ nlla
erit pma vtus: quia nō tpantia: qꝛ illa ñ
pōt eſſe vtus ſine ꝯcomitantia omniuꝫ
aliarū. ⁊ hoc hñtiū rōem vtutis ex ypo
theſi. Si dicat ad hoc ꝓbabilit ꝙ aliq̄
pōt eſſe vtus hñs ſecū oēs vtutes ꝯcomi
tantes. lꝫ in rōne q̄ eſt talis habitus vnꝰ
pcedat aliū. nō tñ in rōne qua eſt virtꝰ
ſed oēs habitus ſiue pus ſiue poſterius
gnāti habent rōem vtutis ex rōne ꝓpria
⁊ ꝯcomitantia mutua. ¶ Cōtra h: qꝛ ſe
quit tunc ꝙ vnus actus gnābit oēs vtu
tes morales in eē virtutis: qḋ vꝫ incōue
niens. ꝓbatio ꝯñtie. pone habitū tpanᵉ
generatū: ⁊ p ꝯñs habituꝫ fortitudinis
gnātū ad ſilem gradū. tñ nullus iſtoꝝ
habituum erit virtus quouſqꝫ quilibet
habitus ſit in eo gradu in quo eſt vtus
Aut igit quilibet habitus erit āte aliuꝫ
virtus uel eſſe poterit: ⁊ hꝫ ꝓpoſituꝫ ꝙ
vnus habitus pōt eſſe vtus ſine alio. et
ita nō erit cōnexio virtutū. Aut non et
tunc oēs habitus ſilr fiet per vnum actū
in eē vtutis: qḋ vꝫ incōueniēs. qꝛ ille actꝰ
vꝫ eē vnius vtutis. ⁊ ſicut eēt actꝰ vnius
vtutis ſi eſſet gnāta. ita eſt gnātiuus vni
us. igit nō omniū. Preterea. tertio rō
nabilius vꝫ ſpēs eiuſdē generis in vtuti
bus moralibus eē ꝯnexas ꝙ̄ duo genera
qꝛ magis inclinat aliq̄s ad ordīate ſe ha
bendū ex vtute quaꝫ hꝫ circa mām ma
gis ꝯiunctā materie vtutis quā hꝫ: ꝙ̄ cir
ca magis remotā. māe aūt ſpēꝝ eiuſdeꝫ
generis magis ſunt cōnexe ꝙ̄ māe diuer
ſoꝝ geneꝝ. ſed ſpēs eiuſdē generis vtutū
non ſunt ꝯnexe: puta vginitas ⁊ caſtitas
ꝯiugalis. ꝫ.

Quantuꝫ ad iſtum

articulū ꝯcedo ꝙ vtutes morales nec ſe
cundū genera ſua que cōiter aſſignātur
iuſticia: fortitudo: ⁊ tpantia. nec ſm illa
gnāliora que pus aſſignaui q̄ ſunt virtu
tes diſponētes affectuꝫ ad ſe ipm uel ad
aliū ſunt nec io ꝯnexe. ¶ Ad hoc ē per
ſuaſio talis. qꝛ vna virtus eſt aliqua p
fectio hoīs ſed nō totalis. ſufficeret eniꝫ
tunc vna vtus moralis. igitur partiales
quando aūt ſunt plures pfectōes parti
ales idē pfectibile pōt eſſe ſimplr pfectū
ſm vnā pfectōem in ſūmo: ⁊ ſimplr im
pfectū ſm aliā: ſicut patet in hoīe cuius
eſt habere multas pfectōnes organicas
pōt habere vnā pfectōeꝫ in ſūmo nihil
habendo de alia: ut eē ſūme diſpoſituꝫ
quo ad viſū uel guſtū ul olefactū nihil
habendo de auditu. igitur pōt aliq̄s ha
bere pfectōem reſpectu materie tpantie
nihil habēdo de pfectōe que requireret
reſpectu materie alicuius virtutis. ⁊ p
ꝯñs pōt eſſe ſimplr tpatus etiā quantū
ad quēcunqꝫ habitū tpantie. non tamē
erit ſimplr moralis ſine omnibus vtuti
bus moralibus. ſicut nō eſt pfecte ſenti
ens ſimplr ſine omnibꝰ ſenſibus: ſed nō
eſt minus temperatus: licet ſit minus p
fecte moralis: ſicut non audiens non eſt
minus pfecte videns: lꝫ ſit minus pfecte
ſentiens.

Per hoc patꝫ ad q̄

dam tacta pro prima opinione puta ad

ſillud ꝙ virtus poteſt obliquari. hoc. n. eſt falſū de virtute. nam virtus nō obliquatur ſed habens virtutem ex defectu alterius virtutis obliquatur reſpectu alterius virtutis. nec ex hoc eſt virtuſ iſta imperfecta. quia non eſt eius dirigē hominem circa omnia. ſed circa ꝓpria obiecta. ſicut nō magis obliquatur homo in videndo ſi poteſt audire ꝙ ſi nō. Si arguitur ſic. eſt ō facili amiſſibilis talis habilitas uel diſpoſitio. igitur non ē v'tus. nego antecedens. immo licet cōtra eius inclinatōem fiat. nō tamen corrumpitur niſi multis peccatis. diſpoſitio āt bona corrumpitur vno uel pauc͡. Per idez ad illud de delectabilit̃ operari. nā quantum eſt ad illam materiaz preciſe ſumptā delectabiliter opatur. puta delectabile ſibi eſt abſtinere ab opere intēperati. ſed nō eſt ſibi delectabile ſubire terribilia: qꝛ circa illa non eſt ordinat' triſtatur ergo cum cōmittit actum intēperantie: quia eſt cōtra habitum ſuum ſed triſtius eſſet ſibi ſubire terribilia. fugit eniz triſtius ⁊ eligit quodāmō min' triſte ne incurrat triſticius. concedo igr̃ ꝙ talis eſt imperfectus ⁊ triſtabilit̃ operatur. ſed non circa mām illius virtut͡ quā habet niſi tm̄ p accn̄s: quia. ſ. cōcomitatur alia materia circa quā non eſt virtuoſe diſpoſitus ut circa ipſaz virtuoſe ⁊ delectabiliter operet̃. ¶ Per idem patet ad aliud de fine virtutum moralium: quia vna virtus non pducit pfecte ad finem virtutū. ſicut nec vnus ſenſus pducit hominē ad perfectum actuz ſentiendi. ſed quelibet virtus quantū in ſe eſt pducit ad finem. omnes autem req́runt̃ ad perfecte perducendū ꝯcedit̃ igit̃ ꝙ vna non pducit ſufficient̃ ſimpliciter ſed quantū ſufficit ad perfectionem tal' virtutis. ¶ Ad pͥmum argumentū qȯ adducitur ibi de Aug. dico ꝙ phs in pͥdicamētis non dicit habitū eſſe inamiſſibilem: ſed de difficili amiſſibilē. lꝫ igit̃ virtus poſſit amitti. ⁊ ita habens eam poſſit obliquari. non tamē virtus ipſa obliquat̃: ſed habens recedit ab apice v'tutis. non tn̄ ſequit̃ eam nō fuiſſe v'tutē etiā pfectā ſm rōnem habitus: qꝛ nō fuit inamiſſibilis. ⁊ qȯ dicit de charitate oꝫ exponi. quia aliq́s vere fuit in charitate quia poſtea peccauit mortaliter: ſꝫ nō fuit uera charitas. i. vere ꝯiungēs fini. ſ. beatitudini. Ad auctoritates Gre. poteſt dici ꝙ loquitur ibi de virtutibuſ ꝓut ſunt habitus qui ſūt pͥncipia merēdi. ⁊ hoc modo uerum eſt ꝙ vna virtuſ moralis ſine alia non eſt virtus: q̇a nō meremur p vnam ſine alia: uel non concomitante alia. nam habens temperantiam moralem non meretur ſi non ꝯcomitet̃ humilitas: uel ſaltem ſi oppoſitū non inſit ei. ¶ Per idem ad glo. ſuper Apoca. ⁊ ad ꝯmentatorē ꝯcedo. n. ꝙ ſorores ⁊ ſi iuuent ſe mutuo ad ꝯuiuendū vna tn̄ non eſt altera. nec eſſentialit̃ pficit alteram. ita iſte virtutes bene iuuant ſe ad ſaluandū ſe mutuo. ⁊ in hoc pt̄ intelligi dictum quorundam ꝙ vna nō ē tota ſine alia: quia nō ita bene ſaluatur ſine alia. nam hōi expoſito multis tempeſtatibus circa diuerſas mās. imperfectio circa vnam mām eſt vna occaſio i pfecte agēdi circa aliam. ⁊ pfecta diſpoſitio agendi circa vnaꝫ iuuat ad recte ſe habendū circa aliam. iuuāt ergo ſe mutuo ſicut ſorores. ſed nulla eſt requiſita ad pfectōem eſſentialem alterius. ſicut pͥus naſcitur vna ſoror ꝙ alia. ⁊ ſimilit̃ v'tutes non poſſunt ſimul gnāri. nō eni poſſunt haberi duo actus perfecti gnātiui duarū virtutum.

Secūduſ articulus

hꝫ duo dubia. pͥmo de ꝯnexiōe cuiuſlibet virtutis cū ſua prudentia. 2° de ꝯnexione omniū cuꝫ vna prudētia. Quātum ad pͥmū vi ꝙ illa ꝯnexio ſit neceſſaria. qȯ ꝓbat̃ p phm. vij. ethy. c. xv. ubi ſnia ſua eſt ꝙ ſi uoluntas male eligit in

tellectus male dictat. Idem ibidem dicͭ
aliud ad candē ſniam. quere ibi. ca. xv.
Idem etiam in libro de motu aīaliū. ſi
maior ꝓponatur ab intellectu ⁊ minor
ſumat a ſenſu uel fantaſia ↄclo erit opa
tio. ita ꝙ neċario eſt opari ſm cū ſi non
īpediatur. igī ſm eum nunꝙ̄ eſt opatio
ↄ̄ria dictamini rōnis. ¶ Hoc ↄfirmat
ꝑ aug. ſup illud p̄s. Loquet ad eos i ira
ſua. obumbratio mētis ſequit eos q̄ le
gem dei tranſgrediunt. ¶ Item dyoni.
iiij. de diui. no. Nullus operat ad malū
aſpiciēs. Preterea. iij. ethy. Omnis ma
lus ignorans. cui cōcordat illud Sap.
Excecauit illos malicia eorum. ¶ Mo
dus ponitur iſte q̄re q̄li. v. q. ¶ Si obij
citur ↄ̄ hoc ꝑ articulū excōmunicatum
ſtante ſcia i vniuerſali ⁊ in ꝑticulari uo
luntatez non poſſe uelle oppoſitū. error
¶ Reſpondent q̄li. x. q. x. ꝙ iſta ꝓpoſitō
ſtante ſciente ⁊c̄. eſt diſtinguenda ſcōm
ↄpoſitōem ⁊ diuiſionem. ⁊ in ſenſu di
uiſionis eſt falſa: qꝛ ſignificat ꝙ uolun
tas nunꝙ̄ hꝫ poteſtatē uolēdi oppoſitū
¶ In ſenſu autē ↄpōnis adhuc ē diſtin
guēda: ꝑ hoc ꝙ ablatiuus abſolutꝰ pōt
exponi ꝑ ſi uel qꝛ uel dū. Si exponat ꝑ
qꝛ falſa eſt. ⁊ uerū eſt eſſe errorē: quia ſi
gnificat ꝙ rectitudo in ſcia uel in intelle
ctu eſt cā rectitudinis i volūtate. Si āt
exponat ꝑ ſi uel dū ita ꝙ notet ↄſecutio
nē uel ↄcomitantiā nō cāitatē. tūc ſꝫ eū
p̄t ꝓpō hīe ueritatez. nec ſic ↄdēnat. ita
tñ ꝙ intelligat ꝙ nō ſit p̄oritas nāe in er
rore intellectꝰ ſꝫ volūtatis. ſil̄. n. tp̄e ſm
eū ↄcomitant ſe ille et ille. ſed p̄or nā eſt
error uolūtatī. ita ꝙ ↄſiderando intelle
ctū ſm illud quod eſt p̄us nā uoluntate
actus intellectꝰ rectus eſt: ſed voluntate
libere errante intellectus excecat. ⁊ ſi ſil̄
tp̄e tñ poſterius nā. ¶ Pro iſto arguitur
ſic. Si p̄ma electio non excecaret intelle
ctum nec aliqua alia. nam p̄ma poteſt
eſſe eque male ſicͭ quecunqꝫ alia. ⁊ ſi nō
excecat qn̄ eſt mala. igiẗ nunꝙ̄. ⁊ ita q̄t
cunqꝫ malitie actuales i uolūtate nūꝙ̄
excecarēt intellectuz. ⁊ ita poſſet eē quā
tūcūqꝫ malus abſqꝫ omni errore intelle
ctus. quod vident negare plures aucto
ritates.

Contra hoc argui

tur. p̄ᵒ ꝑ aug. ſup illud p̄s. Forte viuos
deglutiſſent nos. ſi viui ſorbent q̄ ſciūt
malum eē ⁊ ↄſentiunt. aut forte moriūt
Idē ſup illud p̄s. Fiat mēſa eoꝝ coram
ipſis ⁊c̄. quid eſt viuos ↄſentientes niſi
ſciētes nō debere ↄſenti. ecce norūt mu
ſcipulā ⁊ pedē ponūt. Idem ſup illō p̄s
Cōcupiuit aīa mea deſiderare ⁊c̄. prece
dit intellectus. ſequit tardus aut nullus
affectus. ¶ Ad hoc eſt auctas. ij. ethic.
Rō ad nihil ualet ad virtutē. Si autez
rectitudo intellectꝰ in ↄſiderādo neċio
haberet ꝑ ↄcomitantiā volitōem rectā
cum ſcia multū faciat ad ↄſiderationez
rectā. ꝑ ↄn̄s multū faceret ad rectuz vel
le. immo ſequit aliud qȯ nō oportet per
ſuaderi alicui ꝙ nō eſſet viciosus. ſed ꝙ
deberet ↄſiderare ſm habitū virtutꝭ. nā
ꝑ te ↄſiderando recte ſm habitum ſciē
tie voluntas nō poteſt ſimul nō eē recta
⁊ ita non oportet ꝑſuaderi alicui de re
cte uolēdo: ſed de recte conſiderando.
¶ Preterea. intellectu recte dictāte uolū
tas pōt nihil eligere. ſicut pōt nō eligeꝛ
qȯ dictat ab intellectu: qꝛ rō non moue
tur ſimul ab iſto intellecto ⁊ ab illo. ni
hil aūt eligendo non generat in ea v̄tus
aliq̄: ſed ex recto dictamine gnātur pru
dētia. Per te igiẗ prudentia generabit ſi
ne alia virtute morali. ¶ P. ꝙ mala ele
ctio non poſſit excecare intellectū. ita ꝙ
erret circa eligibilia ꝓbo: termini ſunt
totalis cauſa noticie primi principij. ita
in practicis ſicut in ſpeculatiuiſ. ex p̄mo
poſteriorum. ⁊ forma ſyllogiſtica ē eui
dens omni intellectui ꝑ diffinitiōem ſy
logiſmi ꝑfecti. i. p̄oꝝ. igitur termis ap
prehenſis ⁊ compoſitis: et facta dedu
ctione ſylogiſtica: neceſſe eſt intellectuz
acquieſcere concluſioni: cuius noticia

dependet ꝑciſe ex noticia princip̄ij ⁊ noticia deductōis ſylogiſtice. igitur impoſſibile eſt uoluntatem facere intellectum cōſiderātem ꝑncipia ⁊ deductionem ſyllogiſticam errare circa concluſionē ſic deductam: ⁊ multo minus circa principia. igitur nullo modo excecabitur intellectus ut erret. Si cōcedas concluſionē ⁊ dicas ꝙ ideo uoluntas excecat: quia auertit intellectum a conſideratōne recta ¶ Contra: quia ſic auertere non eſt excecare: quia ſic poſſet auertere ſtāte prudentia. poſſibile eſt enim prudentem nō ſemper cōſiderare ea que ſunt prudētie ſed uoluntarie quādoq; alia. ¶ Preterea: velle auertere requirit aliquod intelligere ſimul in tempore ⁊ prius natura: illud aut eſt dictamē rectum ratōnis a quo uoluntas vult eam auertere. ⁊ tūc ſequitur ꝙ velle auertere non eſt pctm̄ per te: quia ſtat cū recto dictamie. Aut ille actus preuius ipſi uelle auertere eſt alius a dictamine recto. ⁊ ſi ſit rectus ſequitur idem qđ ꝑus. ſ. ꝙ uelle auertere non ſit peccatū: ⁊ ita nec ad ipm̄ ſequit̄ excecatio. Si autem ille actus preuiꝰ ipſi velle auertere nō ſit rectus. tunc nō erit excecatō ſequens ipm̄ uelle auertere. q2 ꝑcedit illud uelle. ¶ Preterea. aut ſtante recto dictamine uoluntas male eligit ⁊ ita habet ꝓpoſitū. aut ſi male eligit. ⁊ iſto modo ſtāte eligit: eligit ꝑuio aᵒ actu intellectus ⁊ non recto: quia ſi eēt rectꝰ tunc per te uoluntas eligendo nō peccaret. igitur ille actus alius nō rectus erit ꝑuius ipſi uelle malo. ⁊ nō erit nō rectꝰ per aliud malū uelle. quia non eſt circulus ꝓpter proceſſum in infinitum i cauſis ⁊ cauſatis. ⁊ ꝑ cōſequens uoluntas ñ excecat ad illud malū dictare: quia ꝑ te ſequitur ad illud uelle malum. ¶ Preterea. nullus in via eſt incōrigibilis. igit̄ nullus poteſt omnino errare circa ꝑma ꝑncipia practica. ꝓbatio conſequentie: quia errans circa ꝑma ꝑncipia practica nihil habꝫ per quod poſſit reuocari ad bonum. quomodocunq; enim fiat ſibi ꝑſuaſio negabit aſſumptā ꝗa nihil pōt aſſumi notius ꝙ primū principiū practicum. ¶ Preterea. damnati non acq̄eſcunt huic tanꝗ̄ vero deum eſſe eē odiendum: quia tunc non eſſet uerum illō Eſa. vlt. Uermis eorum nō morieť. nā ſimplr̄ delectabiliter odirent deū abſq; remorſu. ꝗ.

Quantum ad illuz articulum poteſt dici: ꝙ rectuꝫ dictamē ſimplr̄ ſtare poteſt in intellectu abſq; recta electōne illius dictati in uoluntate. ⁊ ita cum vnicus actus recte rōnis generet prudentiā generabitur prudentia in intellectu abſq; habitu virtutis moraľ. ¶ Et ſi tunc querit̄ quomodo malicia excecat intellectuꝫ ſm̄ illas auctoritates pōt dici ꝙ excecat duplr̄. vno modo ꝑuatiue. alio mō poſitiue. Priuatiue ꝗa auertit a ꝯſideratōne recta. uoluntas. n. eligens oppoſituꝫ alicuius recte dictati non ꝑmittit intellectum diu ſtare i illo recto dictamine. ſed auertit ipm̄ ab illo ⁊ ꝯuertit ad ꝯſiderandū ratōnes ꝓ oppoſito ſi que pn̄t eſſe ſophiſtice uel ꝓbabiles: ſaltē auertit a ꝯſiderādo illud imperans. ne ſtet illa actualis diſplicētia q̄ ſtat in remorſu illo qui habetur i eligēdo oppoſitū dictati. Poſitiue autem excecat ſic. nam ſicut uolūtas recte eligēs finem ꝑcipit intellectui conſiderare illa que ſunt neceſſaria ad illū finē. ⁊ intellectus ſic inquirendo media ordiata ad illum finē rectū generat i ſe habitū prudētie. ita uolūtas eligens ſibi malū finē pōt eni ſibi ꝯſtituere malū finē ſicut dictum eſt di. i. ꝑmi. ꝑcipit intellectui iuenir̄ media nccīa ad delectabilia ꝓſequēda ⁊ triſtia oppoſita fugienda ⁊ ſicut ex imperio uoluntatis bene eligentis generatur in intellectu bene dictāte circa media ad illum finem bene electuꝫ perquirendum. habitus qui eſt prudentia. ita uolūtate male eligente habitus acq̄ſitꝰ

ex dictamine circa ea que ordinant ad
malũ finem electum eſt error: ⁊ habitꝰ
directe oppoſitus habitui prudentie: et
põt vocari imprudẽtia vel ſtulticia nõ
tm̃ priuatiue ſed poſitiue ⁊ cõtrarie: qa
ſicut prudens habet habituȝ quo recte
eligit ordinata ad finem debitũ: ita im-
prudens vel ſtultus habet habitũ quo
ꝓmpte eligit ordinata ad finem ꝯſtitu
tum a volũtate mala: et talis habitꝰ ge
neratur ex impio volũtatis male eligẽ
tis. Pro tanto igitur verũ eſt ꝙ volun
tas mala excecat: non quidem faciendo
errare circa aliqua cõplexa: ſed faciẽdo
intellectũ habere habitũ conſiderandi
aliqua vera ordinata ad malũ finem: ⁊
totus ille habitus eſt error in agibilibꝰ
lȝ nõ ſit error deceptiuus q̃tum ad ꝯſi
derationem ſiue ſpeculationem.

Aliud dubiuȝ poſ
ſet hic eſſe: ſi nõ neceſſario generetur ſi
mul habitus rectꝰ intellectiuus: ⁊ habi
tus bonꝰ appetitiuus: quia ꝯuenit bene
dictare circa aliqua nõ bene agendo cir
ca illa: an habitus intellectualis genera
tus ſine virtute morali ſit prudentia: et
an ecõuerſo habitus generatus in appe
titu ſine illo in intellectu ſit habitꝰ mo
ralis. Quantũ ad primũ de prudẽtia
põt dici ꝙ ſtricte loq̃ndo prudentia nõ
eſt ſine virtute morali: quia eſt rõ recta
cõſeſſe ſe habens appetitui recto. ex. vj.
Ethic. Appetitus aũt nõ eſt rectus ſine
virtute morali. patȝ ibi. Et ſi hoc verũ
eſſet: tũc nõ tm̃ prima dictamina circa
ꝑncipia agibiliũ eſſent recta: et non tm̃
eſſent prudẽtie: ſed quaſi quedã ſemina
ria prudentie: ſed etiã circa media neca
ria ad finem ꝯſtituendum a voluntate
eſſet aliquis habitus recte dictatiuus: ⁊
tñ nõ eſſet prudentia. Poſſet igit poni
duplex habitꝰ intellectualis circa agibi
lia rectꝰ: ⁊ neuter eſſet prudentia. Unus
quidem qui ꝓcederet rectam electiõem
finis in particulari: ⁊ ille nõ eſſet prudẽ
tia: quia prudẽtia eſt circa ordinata ad
finem: quia ẽ habitus cõſiliatiuus. con
ſilium aũt nõ eſt de fine ſed de entibus
ad finem. eſt etiã diſcurſiuus: quia cõſi
liatiuus: ⁊ ita de his ad que diſcurrit.
¶ Electo aũt fine bono nõ tm̃ in ꝯmuni
ſed in ꝑticulari etiã: vt ꝙ caſte viuendũ
eſt põt eſſe aliquis habitus dictatiuus
recte de his que ſunt ad finem: ſed non
habẽs ſecum electionem rectã tanq̃ cõ
comitãtem: ⁊ ille q̃tum eſt ex parte ob
iecti eſſet prudentia. eſſet. n. recta ratio
circa ea que ſunt ad finẽ: ſed deficeret ſi
bi alia cõditio: quia nõ eſſet cõcors ap
petitui recto circa eadẽ obiecta. Scdm
iſtam viaȝ eſſet dicendũ ꝙ quicũqȝ ha
bitus generaretur in intellectu: licȝ pra
cticus ⁊ rectus: et hoc ſiue circa finem:
ſiue vniuerſalem ſiue ꝑticularem: ſiue
circa media neceſſaria ad cõſequenduȝ
finem illũ partitularem electuȝ ſi nõ cõ
comitetur recta electio voluntatis circa
eadem nõ eſt prudentia. Si arguit cõ
tra hoc ſicut arguit contra ꝓdictum ar
ticulum de cõnexione virtutũ moraliũ
quia in iſta cõcordia ſequeret prudenti
am cõſtituere v̓tutem moralem: ⁊ econ
uerſo. ⁊ ita per vnũ actũ vltimate gene
raretur vterqȝ habitꝰ. ſ. prudẽtia ⁊ vir
tus moralis. Ille aũt actꝰ nõ poſſet eſſe
intellectus ⁊ volũtatis ſimul: ſed tm̃ al
terius. igitur nõ poſſet eſſe generatiuus
vtriuſqȝ. ¶ Poſſet dici ꝙ nõ eſt neceſſa
ria ꝯformitas vnius v̓tutis moralis ad
aliã: quia nulla eſt regula alteriꝰ: ſed cu
iuſlibet eſt neceſſaria ꝯformitas ad pru
dentiam: qꝛ in diffinitiõe virtutis cadit
ꝙ ſit habitus electiuus ſm rectam rati
onem: ⁊ ideo põt eſſe cõſtitutio per mo
dum cõcomitantie: ⁊ hoc ipſius habitꝰ
in eſſe morali ꝑ prudentiaȝ ⁊ ecõuerſo.
nõ ſic aũt moraliũ inter ſe: ⁊ tũc cõcede
retur ꝙ ſimul generaret aliquis habitꝰ
in rõne virtutis moralis ꝑ actum vnuȝ
